



# **Tertius liber Moysi, qui Inscribitur Leviticus**

<https://hdl.handle.net/1874/428905>

TERTIVS LIBER

MOYSI,  
QVI INSCRIBITVR

LEVITICVS.

AD EBRAICAM VERITATEM RECOGNITVS, ET  
argumentis atque scholiis  
illustratus

A Victorino Strigelio.



L I P S I A E.

C V M P R I V I L E G I O.

THE NEW YORK

M. O. Y. S. I.

OF THE CITY OF NEW YORK

LEWIS & CLARK

AND ASSOCIATES

PRINTERS

100 NASSAU ST. N.Y.

1847

NEW YORK

1847

NEW YORK

1847

NEW YORK

1847

NEW YORK

1847

NEW YORK

1847

NEW YORK

1847

NEW YORK

1847

ILLVSTRISSIMO  
ET REVERENDISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO DOMI-  
no Sigismundo Archiepiscopo Magdeburgen-  
si, Primate Germaniæ, Administratori  
Halberstatensi, Marchioni Brandeburgen-  
si, Duci Pomeraniæ, &c. & Burg-  
grauio Noribergensi, &c.  
Principi clemen-  
tissimo

S. D.

ETSI CEREMONIAE LEVITI-  
cæ abolitæ sunt, vt Daniel capite-  
nono prædixit inuens : Confir-  
mabit testamentum multis hebdomade  
vna, & in dimidio hebdomadis defici-  
ent hostia & sacrificium, & erit super  
alas abominatio vastationis perpetuæ,  
& definita vastitas effusa erit : tamen  
sicut leges forenses Moyfi in genere ad-  
monent Deo placere vitam politicam,  
contractus, ordinem magistratum,  
iudicia, pœnas sceleratorum, ac osten-  
dunt pios debere in talibus officijs ex-  
ercere fidem, confessionem, patienti-  
am, dilectionem, ita ceremoniæ Leui-  
ticæ

ticæ dextre explicatæ pios de maximis rebus admonent. Huius dexteritatis in explicando Leuitico nullus melior est artifex, quam autor epistolæ ad Ebræos, qui conspicuis limitibus tanquam in iudicio regundorum finium distinguit summum sacerdotem noui testamenti à summo sacerdote veteris testamenti. Sic enim capite quinto inquit: Sacerdos veteris testamenti erat homo infirmus. Persona vero missa ad sacerdotium noui testamenti est hic filius, de quo dicit æternus pater, Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Et capite septimo: Lex homines constituit summos sacerdotes habentes infirmitatem. Sermo autem iuramenti post legem, filium in æternum consummatum. Ita primum personæ illustre discrimen faciunt inter summos sacerdotes vtriusque testamenti.

Deinde differunt genere doctrinæ quod profitentur. Ille enim natus in familia Aharonis minister legis erat proponens maledictiones, id est, denuncians iram Dei aduersus peccata populi. Hic vero natus in familia Iuda est minister Euangelij benedicens, hoc est, li-

DEDICATORIA.

est, liberans à peccato & morte, & reddens iusticiam & vitam.

Tertio differunt intercessione. Ille enim exiguo tempore pro Ecclesia precabatur. Hic est æternus sacerdos semper intercedens pro nobis, & saluans inuocantes merito & efficacia. Ille ingrediebatur in sanctum sanctorum manu factum. Hic ingreditur in cælum & in arcanum consilium diuinitatis.

Quarto differunt modo sacrificandi. Ille alienum sanguinem offerebat, qui non poterat sanare vulnera conscientia, sed carnem tantum purgabat. Hic vero suum sanguinem, quo nihil est preciosius, obtulit liberantem conscientias à mortuis operibus, quia impossibile erat sanguine taurorum & vitulorum auferri peccata. Ac ille quidem quotannis iterabat suum sacrificium. Hic autem vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos.

Quid, quod summus sacerdos in lege sibi & populo applicabat sacrificium? At Christus non sibi, sed Ecclesie & singulis credentibus suum sacrificium applicat.

Postremo differunt forma institu-

tionis & numero seu successione. Nam  
Leuiticum sacerdotium sine iuramen-  
to institutum & approbatum est. No-  
stri vero sacerdotis officium iureiuran-  
do sancitum & confirmatum est, vt in  
Psalmo dicitur: iurauit **D O M I N V S** &  
non poenitebit eum, Tu es sacerdos in  
æternum secundum ordinem Melchise-  
dec. Præterea vetus sacerdotium plu-  
res administrabant, & alij alijs succe-  
debant. At noui testamenti vnus dun-  
taxat sacerdos est. Hæc discrimina co-  
piose declarantur in epistola ad Ebra-  
os à capite quinto vsq; ad vndecimum.

Nec vero Christus sacerdos est so-  
lum, sed idem etiam sacrificium est &  
altare, siue vt Græci dicunt *προσφέρων καὶ*  
*προσφερόμενος*. Nam per Spiritum æter-  
num seipsum obtulit immaculatū Deo.  
Habemus etiam altare, de quo non li-  
cet edere ijs, qui tabernaculo seruiunt.  
Vt autem filij Aharonis quotidie sacri-  
ficabant: ita Paulus iubet exhibere  
corpora nostra hostiam viuam, san-  
ctam, placentem Deo, rationalem cul-  
tum. Sed cur nominat corpora nostra  
hostiam viuam? Quia homo renatus  
habet initia lucis, iusticiæ & vitæ æter-  
næ. De-

DEDICATORIA.

na. Deinde addit sanctam, quasi dicat, non prophanam, sed vere dedicatam & consecratam Deo. Nam virtutes in Ethnicis non sunt quiddam sanctum. Quod autem placeant Deo piorum sacrificia & accepta sint propter mediatorem, testatur Petri dictum, Offeramus spirituales hostias acceptas Deo per Iesum Christum. λογικῶν porro λειτουργία, seu rationalem cultum intelligit de opere, quod fit in agnitione & fiducia mediatoris, & refertur ad celebrationem Dei. Quicquid enim non est ex fide peccatum est. Et sine fide fieri non potest, ut Deo vel persona vel opus placeat. Nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet esse Deum, & esse remuneratorem quærentibus eum. Et si igitur castitas Scipionis est per sese res bona & à Deo præcepta, tamen non est cultus rationalis, quia Scipio non recte sentit de Deo, nec refert honestas actiones ad gloriam Dei.

Hæc satis sit monuisse de ceremonijs Leuiticis, ut studiosi cogitent typos fuisse rerum magnarum, & ad dextram interpretationem opus esse vera Evangelij cognitione. Ac ut studiosos inui-



tarem ad lectionem tertij libri Moyfi, qui Leuiticus inscribitur, contuli cum cum Ebraicis fontibus, & quasi quædam Emblemata addidi argumenta & scholia singulorum capitum. Et si enim extant longi Commentarij in Leuiticum: tamen satius est pium lectorem detineri in consideratione ipsius scripturæ sacræ, quam in humanis cogitationibus.

Hanc vero lucubratiunculam Reuerendissimæ & Illustrissimæ Celsitudinæ dedicandam esse putavi cum ob alias causas, tum vero ob hanc præcipue, quia ad Illustrissimam & Nobilissimam familiam Marchionum Brandeburgensium omnes libros Moyfi mittere decreui, in qua ut semper Moyfi vox audiatur, & gubernatio ad hanc normam congruat, toto pectore opto. Accedit illa quoque causa, quod hac significatione testatam esse cupio reuerentiam & subiectionem, quam cum erga vniuersam agnationem Illustrissimæ domus Brandeburgicæ, tum erga R. & Ill. Celsitudinem tuam constantissime in omni vita conseruare studebo. Quicquid enim excellit habet venerationem iustam.

DEDICATORIA.

iustam. Quare cum meum factum probabiles rationes, & vt opinor minime reprehendendas habeat, à R. & Ill. Cel. T. summis & reuerenter peto, vt hanc subiectissimi studij significationem clementer accipiat & benigne interpretetur. Oro etiam filium Dei DOMINVM nostrum IESVM CHRISTVM crucifixum pro nobis & resuscitatum ac regnantem, vt R. & Ill. Cel. T. diu incolumem & florentem conferuet, eiq; tribuat gubernationem salutarem Ecclesiae. Bene valeat R. & Ill. Cel. T. cui me tanquam patrono literarum praecipuo reuerenter commendo. Lipsiae Anno Christi 1566.

Ill. & R. Cel. T.

reuerenter colens

*Victorinus  
Strigelius.*

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to contain several lines of script.

Handwritten text, possibly a signature or a specific heading.

Victorius  
Strigelinus

1

A R G V M E N T V M  
T E R T I I L I B R I  
M O Y S I , Q V I I N -  
scribitur

Leuiticus.

**O**MNIA sacrificia aut sunt *ἱλασμά* seu propitiatoria, aut Eucharistica. *ἱλαστόν* est vnicum Christi sacrificium, quo Christus sese offert æterno patri, & deriuat in sese iram, & meretur nobis sua obedientia reconciliationē. Aliorum omnium piorum sacrificia inde vsq; ab Adam sunt *ἀρχαῖσμά*, & hæc aut sunt Typica aut Moralia. Typica propter tres causas potissimum à Deo instituta sunt, quarum prima est, vt hæc varietas sacrificiorum commonefaceret pios de doctrina. Quem enim promissio pollicebatur, eum velut picturis adumbratum sacrificia oculis contuendum proponebant. Altera causa est, vt hæc sacrificia discernent publicam congregationem Ecclesiæ ab alijs congregationibus, & ostenderent ciues Ecclesiæ, ad vnum cultum conuenire, & simili doctrina & inuocatione  
copula-

copulatos esse. Tertia, vt inde sacer-  
dotes victitarent & sustentarentur,  
qui cum occupati essent cura ministe-  
rij, id est, doctrinae & ceremoniarum,  
non poterant vacare quarendis paran-  
disq; rebus ad vitam necessarijs. Ac  
iustum fuit ali ministros Dei sumtibus  
illorum, quorum gratia diuinis rebus  
operam dabant & seruiebant. Descri-  
buntur autem in Leuitico sex genera  
sacrificiorum, Holocaustum, Oblatio  
seu immolatio seu libatio, Hostia pa-  
cificorum, Sacrificium pro peccato,  
Sacrificium pro delicto, & Sacrificium  
laudis.

Post hanc descriptionem sacrificio-  
rum quaedam ex secundo libro repetun-  
tur de ordinatione sacerdotum, & me-  
morabilis historia recitatur de duobus  
filijs Aharon Nadab & Abihu, qui di-  
uinitus puniti sunt propter violatio-  
nem sacrificij.

Deinde exponuntur leges de discrimi-  
mine ciborum, de puerperis, de lepro-  
sis, & alijs quibusdam ceremonijs, quae  
dulces habent significationes.

In capite decimo octauo recensentur  
persona, quas non licet coniungi.

In cap.

In cap. 19. leges morales recitantur, inter quas velut gemmæ insignes eminent mandata de spicilegio, quod pro pauperibus relinquendum erat, de obliuione iniuriarum, de officijs erga peregrinos, de æqualitate seruanda in contractibus.

Caput 20. continet præcepta de peccatis politicis, quia cum Deus iustus sit, vult deleri iniustos iuxta dictum, Deus est ignis consumens.

Caput XXI. est commonefactio de modestia sacerdotum in vestitu, gestu & omni actione.

Caput XXII. describit qualitatem hostiæ, quam oportebat esse integram, non morbidam, nec mutilam, vt significaretur agnus immaculatus, qui non nouit peccatum, & tamen factus est pro nobis peccatum, vt nos efficeremur iusticia Dei per eum.

Caput XXIII. concionatur de tribus festis, Paschate, Pentecoste & Scenopogia, quæ pios admonebant non tantum de præteritis liberationibus, sed etiam de futuris, videlicet de liberatione à peccato, de noua Pentecoste, quæ est promulgatio Euangelij coniuncta  
cum

cum donatione Spiritus sancti, & de introductione Ecclesie in aeterna tabernacula.

In capite xxiiii. duæ leges emittunt, vna de alendis sacerdotibus, altera de pœna blasphemie.

Capitis xxv. duo sunt loci præcipui, Prior lex de Iubileo, Alter seuerissima prohibitio vsurarum.

Caput xxvi. proponit dulcissimas promissiones & tristissimas comminationes legi additas.

Postremum caput consumitur in tribus legibus, quarum prima concionatur de votis, Altera de didrachmo, quod soluendum erat templo, Tertia de decimis, quæ dabantur sacerdotibus.

Hactenus argumentum Leuitici recitatum est. Facilius enim singula capita intelligi poterunt considerata serie præcipuorum locorum.

## C A P V T I.

Argumentum.

*DESCRIBITVR in hoc capite primum genus sacrificij, quod à Grecis Holocaustum*

stum nominatur. Tota enim victima, quam oportebat ex masculis vitulis, agnis, aut hœdis, turturibus, vel pullis columbarum eligi & integram esse, cremabatur & velut in fumum versa efferebatur in sublime atq; evanescebat, quo significabatur, oportere hanc corruptam & fœda peccatorum illuvie contaminatam naturam destrui & renouari.

T E X T V S.

**V**Ocauit autem Moſen, & locutus eſt **D O M I N V S** ad eum, de tabernaculo testimonij dicens, Loquere ad filios Iſraël & dices ad eos: Si quis ex vobis oblaturus eſt sacrificium **D O M I N O**, is faciat de pecoribus, de bobus atque ouibus.

Si holocaustū fuerit sacrificium eius de bobus, masculum integrum offerat, & ad ostium tabernaculi testimonij adducat, & erit acceptum **D O M I N O**.

Et

Leges sacrificio-  
rum Deus per Mo-  
ſen populo describi  
curauit, vt ſcirent  
has ceremonias non  
humana autoritate  
in Ecclesia verſari,  
ſed diuinitus conſti-  
tutas eſſe atque ſan-  
citas, nec cuiquam  
licere diuerſas ab  
his excogitare, aut  
has violare.

Holocaustū.



Et imponet manum suam capiti holocausti, & acceptum erit, & placabit ei (DOMINVM.) Et mactabit vitulum coram DOMINO, & afferent filij Aharon sacerdotes sanguinem, & spargent illū super altare per circuitum, quod est ante ostium tabernaculi. Deinde detrahet pellem holocausto,

Sanguine aram conspergi oportuit, vt significaretur, nō pecudum sed mediatoris sanguine vniuersam Ecclesiam redimi.

idque in partes dissecat, ponentq; filij Aharon sacerdotis ignem super altare, & rogam ex lignis struent, cui imponent partes scilicet caput & adipem, igne subiecto qui est in altari. Intestina autem eius & crura lauabit aqua, & incendet sacerdos omnia in altari in holocaustum. Hic est ignis excitans odorem gratum DOMINO.

Non delectatur Deus pecudum euisceratione & combustionē, sed fide coniuncta cum expectatione Messie, cuius typi erant Levitica sacrificia.

Sin autem de ovibus aut capris volet facere holocaustum, offerat masculum integrum, & mactet ipsum in latere altaris aquilonari coram

ram D O M I N O, & spargent filij Aha-  
ron sacerdotes sanguinem eius super  
altare p̄ circuitum. Et dissecabitur  
in partes, & sacerdos imponet caput  
& adipem lignis & igni qui est in alta-  
ri. Intestina vero eius & crura aqua  
lauabit, & offeret sacerdos omnia, eaq̄  
incendet in altari in holocaustum. Hic  
est ignis excitans odorem gratum D O-  
M I N O.

Quod si de auibus volet holocau-  
stum offerre D O M I N O, offeret de tur-  
turibus aut de pullis columbæ. Et ad-  
ducet ipsum sacerdos ad altare, & hu-  
meris auellet caput eius, idq̄ incendet  
in altari. Sanguis vero eius exprime-  
tur iuxta parietem altaris. Et tollet ve-  
siculam gutturis eius vnâ cum plumis  
& proijciet eas iuxta altare ad Orien-  
tem in loco cineris, & alas eius fran-  
get, sed non auellet à reliquo corpore.  
Et sic inflammabit ipsum sacerdos in  
altari lignis impositum, quibus ignis  
subiectus est vt sit holocaustum. Hic est  
ignis suauiter recreans D O M I N V M.

## C A P V T II.

B

Argu-

## Argumentum.

DUO sunt huius capituli loci. PRIOR describit secundum genus sacrificij, quod Ebraei Mincha nominant. Erat autem velut honorarium munus, quod de terra natis Israelita Deo exhibebant, eoque testabantur Deo esse vitam, fortunas, res vite necessarias, terrae fecunditatem, salubritatem aeris, pacem, & gratias de tantis beneficijs deberi Deo. Pertinebat etiam ad ministerij conseruationem & sustentationem sacerdotum.

ALTER locus continet duas regulas de omnibus sacrificijs. Nihil fermenti aut mellis admisceatur sacrificijs. Item, Omnia sacrificia condiantur sale consecrato, qui Sal foederis vocabatur.

Harum regularum allegorie eraduntur à Christo & Paulo. Sic enim Christus Marci 9. inquit, Bonus est sal. Retinete in vobis salem, & sitis inter vos concordēs. Et Paulus Coloss. 4. Sermo vester sit sale conditus.

Fermentum non vult Deus offerri, quia significat mixtas opiniones humanas doctrinae. Vult autem Deus retineri puritatem suae doctrinae, ut Christus praecepit Matth. 16. Cauete à fermento phariseorum, id est, ab omnibus corruptelis, quibus fontes caelestis sapientiae

*sapientie aut turbantur, aut prorsus obruntur.*

*Nec mella offerenda sunt, id est, non in-  
flectenda est doctrina ad plausus populares,  
non ad principum aut populi cupiditates at-  
temperanda, non arte fucanda sunt dogmata.  
Non omittenda est doctrina de poenitentia,  
& confirmanda securitas & licentia in um-  
bra ceremoniarum.*

*Salem vero iubet addi victimis, hoc est,  
incorruptam doctrinam, & cogitationem ve-  
ram de Deo, in qua timor, fides, inuocatio,  
gratiarum actio accendantur. Talis cogita-  
tio doctrinae non insulsa, non insipida, sed in  
corde veros motus, pauores, dolores, fiduciam  
laticiam miscens, salis mentione significatur.*

## T E X T V S.

**S**I anima voluerit Oblatio.  
DOMINO offer-  
re munus oblationis, de simila erit ob-  
latio, quam quidem oleo perspersam  
tectamque thure afferet ad filios Aha-  
ron sacerdotis. Inde sacerdos sumet  
pugillum plenū similiae & olei cum vni-  
uerso thure, & inflammabit in memo-  
riam super altare. Hic est ignis suauis  
odore

odore recreans DOMINVM. Reliquiæ vero illius oblationis erunt Aharonis & filiorum eius. Et hoc erit sanctum sanctorum de ignibus DOMINI.

Si autem vult munus oblationis de assatis in furno offerre, sumat placentas similagineas non fermentatas & oblitas oleo, & lagana non fermentata oleo perfusa. Si autem munus oblationis tuæ erit frixum in sartagine, constabit ex farina similaginea oleo perfusa, idque diuides in partes & oleo persperges, vt sit munus oblationis. Quod si munus oblationis tuæ fuerit in craticula tostum, constabit ex farina similaginea oleo perfusa, ac munus oblationis sic confectum DOMINO afferes ad sacerdotem. Is ad altare afferet, & prius leuatum ad memoriam postea inflammabit in altari. Hic est ignis suauis odore recreans DOMINVM. Reliquiæ vero illius oblationis erunt Aharonis & filiorum eius. Et hoc erit sanctum sanctorum de ignibus DOMINI.

Omnis oblatio

quæ offertur DOMI

NO erit expers fer-

menti. Nihil enim fermenti aut mellis

Regula de sacrificiis.

DOMI-

D O M I N O adolebitur. Sacrificium quidem primitiarum offeretis ex eis D O M I N O, sed altari non imponentur in odorem suauitatis. Omnia munera oblationis tuæ con-

Alia regula.

dita erunt sale, nec auferes sale[m] fœderis Dei tui ab oblatione tua, sed omni sacrificio tuo adhibebis sale[m].

Si autem voles D O M I N O offerre munus primarum frugum, aristas adhuc virentes leniter ad ignem vstulabis, & in farris morem confringes & comminues, oleoq[ue] madefactas & thure iniecto coopertas, offeres tanquam munus oblationis primarum frugum. Et sacerdos partem harum rerum cum vniuerso thure incensam adolebit in memoriam. Hic est ignis D O M I N I.

### C A P V T III.

Argumentum.

*Hoc caput describit tertium genus sacrificij, quod celebrabatur ab ijs, qui Deo pro acceptis beneficijs gratias agebant, aut gratitudinem hac obedientia declarabant. Beneficia*

*ficia enim pacis nomine Ebraei efferunt. Erat igitur genus Eucharisticum, & fiebat caesis vel bobus masculis aut femellis sine discrimine, vel ouibus, vel agnis, vel capris, quas integras esse oportebat. Incendebatur autem sola pinguedo certis partibus detracta, reliquum auferebant ij, quorum erat victima, ut infra dicitur.*

## T E X T V S.

**S**I autem sacrificium eius fuerit Hostia pacificorum.  
 hostia pacificorum de bobus, siue sit masculus, siue scemina, integrum coram **DOMINO** offeret. Et imponet manum suam capiti hostiae, eamque mactabit in ostio tabernaculi testimonij, & spargent filij Aharon sacerdotes sanguinem super altare per circuitum, Et de hostia pacifica offeret **DOMINO** pinguedinem omento, peritonæo & renibus detractam cum ipsis renibus & reticulo iecoris, Et incendent illud filij Aharon in altari in holocaustum, impositum lignis, quibus ignis subiectus est. Hic est ignis suauis odore recreans **DOMINVM**.

Si autem vult **DOMINO** hostiam pacificam

cificam de minoribus gregibus offerre, siue masculus sit siue femella, curabit vt sit integrum. Si fuerit agnus, adducet eum in conspectum D O M I N I, & imponet manum suam capiti hostiæ, eamque maçtabit in ostio tabernaculi testimonij, spargentq; filij Aharon sanguinem eius super altare per circuitum, & de hostia pacifica offeret D O M I N O pinguedinem & caudam integrã à dorso auulsam, & pinguedinem omento, peritonæo & renibus iuxta illa detractam cum ipsis renibus & retericulo iecoris. Incendetq; illud sacerdos in altari, vt sit pabulum ignis D O M I N I.

Cauda Deo cremabatur, vt significaretur ad hunc finem omnes actiones referendas esse, vt Deus celebraretur.

Si autem capra fuerit oblatio eius, adducet illam in conspectum D O M I N I, & imponet manum suam capiti eius, maçtabitque illam ante tabernaculum fœderis, & spargent filij Aharon sanguinem eius super altare per circuitum, & offeret inde sacrificium D O M I N O, videlicet pinguedinem omento, peritonæo, & renibus detractam cum ipsis renibus.



renibus & reticulo iecoris, Incendetq;  
illud sacerdos in altari, vt sit pabulum  
ignis DOMINI in odorem suauitatis.

Omnis adeps est  
DOMINI. Hic ritus  
fit perpetuus in vni-  
uersa posteritate in  
omnibus domicilijs  
vestris, vt nec adi-  
pem, nec sanguinem  
comedatis.

Adipē iussit Deus  
igne absumi, quia  
Deo debetur hæc  
gloria, quod ipse sit  
autor pinguedinis,  
id est, felicitatis &  
successuum in gu-  
bernatione publica  
& domestica.

## CAPVT IIII.

Argumentum.

*IN hoc capite describitur quartum  
genus sacrificij, quo expiabantur peccata in-  
uoluntaria, & ex errore aut ignorantia com-  
missa. Victime quæ cedebantur differebant  
ratione personarum. Sacerdos si hoc modo de-  
liquisset, aut vniuersa multitudo, offerebat  
iuuencum. Si dux populi peccasset, caprum, si  
de plebe quispiam, capram vel ouem sacerdo-  
ti maectandam deferebat. Delicti etiam qua-  
litas variabat rem offerendam, vt ex quinto  
Leuitici constat.*

TEX-

**E**T locutus est DOMINUS ad Mo-  
Sacrificium pro  
peccato,  
 sen dicens, Loquere ad filios Israëli di-  
 cens, Si peccauerit anima per ignoran-  
 tiam contra aliquod præceptum DOMI-  
MINI, & fecerit quod fieri non decet,  
 vt verbi causa, si sa-  
Sacerdos.  
 cerdos vnctus pecca-  
 uerit, & suo exemplo populum offende-  
 rit, is offerat pro peccato suo quod  
 commisit iuuenicum integrum DOMI-  
NO, vt sit oblatio pro peccato. Et ad-  
 ducet iuuenicum illum ad ostium taber-  
 naculi testimonij in conspectum DOMI-  
MINI, ponetq; manum suam super ca-  
 put iuuenici, & mactabit eum coram  
 DOMINO. Et accipiet sacerdos vnctus  
 de sanguine eius, & inferet illum in ta-  
 bernaculum testimonij, Intingetq; sa-  
 cerdos digitum suum in sanguinem, &  
 illo consperget septies coram DOMI-  
NO velum præensum sanctuario; po-  
 netq; partem eiusdem sanguinis super  
 cornua altaris incensi aromatici co-  
 ram DOMINO, quod est in tabernacu-  
 lo testimonij, reliquam partem omnem  
 B 5 effun-

effundet ad basim altaris, in quo holocausta cremantur, quod ante ostium tabernaculi testimonij collocatum est. Et omnem adipem hostiæ pro peccato leuabit, videlicet pinguedinem quæ renibus adhæret iuxta ilia, peritonæo & omento cum renibus ipsis & reticulo iecoris, sicut leuatur de boue in hostia pacifica, & incendet ea in altari holocausti. Pellem vero iuueni & omnem carnem eius vnâ cū capite & cruribus & intestinis & fimo, exportabit ex castris in locum mundum, vbi cineres effunduntur, & inflammabit igne in rogo ex lignis constructo.

Non licebat vici cuiquam ne quidem sacerdoti, earum victimarū carnibus, quarum sanguine altare Domini conspergebatur.

Quod si vniuersa multitudo per ignorantiam peccauerit, & factum ipsum absconditum fuerit ab oculis eius, & fecerit contra aliquod præceptum DOMINI, quod fieri non decet, atq; ita rea fuerit, ac postea agnouerit peccatum suum quod commisit, adducet iuuenicum, vt sit sacrificium pro peccato, eun-

Vniuersa multitudo.

eundemq; ante tabernaculum testimonij collocabit. Et seniores multitudinis imponent manus suas capiti iuueni coram DOMINO, & maclabunt eum coram DOMINO. Et inferet sacerdos vinctus de sanguine eius in tabernaculum testimonij, & intinget digitum suum in sanguinem, & illo consperget septies coram DOMINO velum prætensum sanctuario, ponetq; partem eius sanguinis super cornua altaris, quod est in conspectu DOMINI, in tabernaculo testimonij, reliquam partem omnem effundet ad basim altaris, in quo holocausta cremantur, quod ante ostium tabernaculi testimonij collocatum est. Omnem vero pinguedinem eius leuabit & incendet in altari, facietq; cum iuueno isto, sicut fecit cum iuueno pro peccato, & expiabit eos sacerdos, & remittetur illis. Exportabit etiam iuuenem istum extra castra, & comburet eum sicut combussit iuuenem priorem. Hæc erit oblatio multitudinis pro peccato.

Si autem princeps . Princeps.  
peccauerit & fecerit  
contra aliquod præceptum DOMINI  
Dei

Dei sui, quod fieri non decet, & errore lapsus fuerit, & postea agnouerit peccatum suum quod commisit, is adducet sacrificij loco hircum caprarum integrum, & imponet manum suam capiti eius, mactabitq; eum in loco, in quo holocausta mactantur coram DOMINO, vt sit victima pro peccato. Huius sanguine sacerdos cornua altaris, in quo holocausta cremantur, perfundet, & reliquum omne effundet ad basim altaris. Omnem vero pinguedinem eius incendet in altari, sicut adipem hostiæ pacificæ, atq; ita sacerdos expiabit peccatum illius & remittetur ei.

Quod si de plebe  
Plebeius.  
 quispiam per ignorantiam lapsus fuerit, & fecerit contra aliquod præceptum DOMINI, quod fieri non decet, & reus fuerit, ac postea agnouerit peccatum suum quod commisit, is adducet capram integram ad expiandum peccatum, quod commissum est, & imponet manum suam capiti victimæ, & mactabit eam in loco holocausti. Huius sanguine sacerdos cornua altaris, in quo holocausta cremantur, perfundet, & reliquum omne effundet ad

det ad basim altaris. Omnem vero pinguedinem detractam, sicut detraxit hostiæ pacificæ pinguedinem, incendet in altari in odorem suauissimum D O M I N O , atq; ita expiabit eum sacerdos & remittetur ei.

• Si autem offeret ouem vt sit sacrificium pro peccato, adducat femellam integram, & imponat manum suam capiti hostiæ, & mactabit eam in loco, in quo mactantur holocausta. Huius sanguine sacerdos cornua altaris, in quo holocausta cremantur, perfundet, & reliquum omne effundet ad basim altaris. Omnem vero pinguedinem detractam, sicut detraxit pinguedinem ouiculæ, quæ erat hostia pacifica, incendet in altari, vt sit ignis D O M I N I , atq; ita expiabit eum sacerdos, & remittetur ei.

## C A P V T V .

### Argumentum.

*Q V I N T V M* genus sacrificij in hoc capite describitur, quod fiebat ad expianda delicta voluntaria, quæ libera voluntate, re delibata sine coactione & metu committebantur, &

tur, & mactabatur aries, cuius precium estimabatur ex delicti magnitudine. Fuit autem hoc genus sacrificij typus illius victima, de qua Esaias cap. 53. concionatur, Quia ponet animam suam delictum, id est, hostiam pro delicto, videbit semen longeuum, id est, huius unius mors vere placabit iram Dei, & hic resuscitatus restituet nobis vitam eternam.

## TEXTVS.

**S**I peccauerit anima, & audierit vocem iuramenti, testisq; fuerit, aut viderit, aut cognouerit, & non indicauerit, reus est iniquitatis. Aut si anima tetigerit rem aliquam immundam, siue illa fuerit cadauer bestia; immunda; siue cadauer iumenti immundi, siue cadauer reptilis immundi, & absconditum fuerit ab eo, is est immundus & reus. Aut si tetigerit hominem immundum, quocunq; tandem genere immundicia; pollutus sit, & absconditum fuerit ab eo, & postea rescuerit, is reus est. Aut si anima iurauerit temere & inconsiderate, siue ad benefaciendum, siue ad nocendum, vt saepe homines quadã futilitate iu- Futilitas humana.  
rare

rare solent, & absconditum fuerit ab eo, & postea resciverit, is in vno horum deliquit.

non considerat magnitudinem iurandi, in quo Deus invocatur partim vt testis, partim vt iudex.

Si igitur acciderit vt in vno horum delinquat, & conscius fuerit sui peccati, offeret pro delicto quo se contaminavit DOMINO fœmellam de gregibus ouem aut capram, vt sit hostia pro peccato, & expiabit sacerdos peccatum ab ipso commissum.

Si autem non potest propter inopiam offerre ouem, offerat pro delicto quo se contaminavit duos turtures, aut duos pullos columbæ, vnum quidem vt sit hostia pro peccato, alterum vero vt sit holocaustum. Deferet autem eos ad sacerdotem, qui primum ita offeret pro peccato, vt caput eius à ceruice detorqueat, nec tamen omnino auellat. Huius sanguine consperget parietem altaris, reliquum vero exprimet iuxta basim altaris, cum sit hostia pro peccato. Ex altero autem faciet holocaustum iuxta legem, & expiabit sacerdos peccatum ab ipso commissum & remittetur ei.

Quod



Quod si propter inopiam non poterit offerre duos turtures aut duos pullos columbarum, offerat sacrificij loco autor peccati decimam partem Ephi

Ephi est Medimnus Atticus.

farinae similagineae, ut sit hostia pro peccato. Neque vero similam oleo persperget aut thure teget, cum sit hostia pro peccato. Deferet autem eam ad sacerdotem, qui inde pugillum plenum memoriae causa sumet, & in altari incendet ut sit ignis DOMINI & oblatio pro peccato. Hoc modo sacerdos expiabit peccatum ab ipso commissum, & remittetur ei. Reliqua pars cedit sacerdoti sicut oblatio.

Et locutus est DOMINVS ad Moysen dicens, Si anima prae-

Sacrificium pro delicto.

uaricatione & ignorantia peccauerit in ijs, quae consecrata sunt DOMINO, offerat pro delicto suo DOMINO arietem integrum ex gregibus, cuius praestimationem sicli, qui tabernaculo soluitur, ut sit sacrificium pro delicto. Praeterea compensabit rem sacram quam violauit, & insuper addet quintam partem,

tem, eamq; tradet sacerdoti, Is expiabit eum per arietem destinatum sacrificio pro delicto, & remittetur ei.

Quod si anima peccauerit, & fecerit contra aliquod præceptum DOMINI, quod fieri non deberet, nec tamen scierit, ea deliquit, & iniquitatis rea est, & afferet arietem integrum ex grege, cuius precium æquiualens est sacrificio pro delicto, ad sacerdotem. Is expiabit ignorantiam, quam admisit & remittetur ei. Hoc est sacrificium pro delicto, quod DOMINO debetur.

Locutusq; est DOMINVS ad Moſen dicens, Si peccauerit anima, & præuariata fuerit in DOMINVM, & negauerit proximo ſuo depositum, vel de manu in manum traditum, aut rem vi rapuerit, aut fraude acquiſiuerit, aut rem perditam inuenerit & negauerit eam addito periurio, aut quocunq; modo proximum ſuum læſerit. Si igitur hac ratione deliquerit, reſtituet rem vi vel fraude partam, ſiue depositum, ſiue rem inuentam, cuius cauſa periurus factus

Veriſſima eſt regula: Peccatum nõ dimittitur, niſi ablatum reſtituatur. Eſt enim Deus peccata gratis remittit, id eſt, ſine com-  
C eſt, &

est, & vnà cum sorte quintam partē reddet DOMINO proprie dicto eo die, quo sacrificium pro delicto facit.

Adducat autem DOMINO ad sacerdotem pro delicto suo arietem integrū ex grege, cuius precium sit æquiualens sacrificio pro delicto, & expiabit eum sacerdos coram Do-

MINO, & remittetur ei quicquid illud fuerit quod fecit, & in quo deliquit.

penfatione a nobis facienda, tamen vbi nulla est conuersio, ibi nulla fit remissio. Reuens autem rem alienam, cum quidē reddere posset, perseverat in delicto. Quare restitutio ciuili necessaria est, quia est opus a Deo mandatum & ad contritionem vel ad nouam obedientiam pertinet, & differt a spectaculis satisfactorum canonicarum.

## CAPVT VI.

Argumentum.

*Nihil noui in hoc capite instituitur, sed adduntur appendices superioribus legibus de holocausto, de oblatione, & de hostia pro peccato.*

TEXTVS.

Et lo-

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen dicens, Præcipe Aharon & filijs  
eius dicens, Hæc est lex holocausti. Ho-  
locaustum ardebit in altari tota nocte  
vsq; ad auroram posteri diei. Tantum  
vero ignis altaris in  
eo ardebit. Induetq;  
sacerdos suam veste  
lineam, & carnem  
suam teget subliga-  
culis lineis, & tollet  
cinerem in quem ho-  
locaustum vi flam-  
marum in altari re-  
daetum est, & ponet

Omnia holocau-  
sta accendebantur  
igne, qui in taber-  
naculo Domini as-  
seruabatur & foue-  
batur, quem ex igne  
cœlitis immisso sa-  
crificiis Mose & A-  
haronis susceptum  
fuisse coniicio, etsi  
nihil affirmo.

eum iuxta altare. Et exuens vestes suas,  
induet vestes alias, efferetq; cineres ex-  
tra castra in locum mundum. Ignis in  
altari ardebit, nec vnquam extingue-  
tur, sed singulis diebus sacerdos mane  
ligna in eo accendet, & desuper holo-  
caustum collocabit, adolebitq; super  
ipsum adipem hostiarum pacificarum,  
Ignis semper in altari ardebit, nec vn-  
quam extinguetur.

Hæc autem est lex oblationis, quam  
filij Aharon offerent coram DOMINO  
in altari. Leuabit aliquis de oblatione

pugillum suum plenum simila & olei, & vniuersum thus oblationi impositum, idq; accendet in altari, vt sit odor gratissimus & memoriale DOMINO. Reliquum vero absument Aharon & filij eius, & sine fermento comedent in loco sancto, videlicet in atrio tabernaculi testimonij. Nihil pincent admixto fermento, quia est pars eorum, quam dedis eis ex meo sacrificio. Erit ipsis sanctum sanctorum, sicut sacrificium pro peccato & sacrificium pro delicto. Mascu- la soboles ab Aharon propagata comedet eam (oblationem.) Hic ritus sit perpetuus in posteritate vestra, quod ad sacrificia DOMINI attinet. Nemo contrectabit ea nisi sit consecratus.

Et locutus est DOMINVS ad Mosen dicens, Hæc est oblatio Aharonis & filiorum eius, quam offerent DOMINO eo die quo vnguntur. Decima pars Ephii de simila perpetuæ oblationis, cuius dimidia pars mane, & dimidia vesperi (offeratur.) In sartagine cum oleo facies, & in craticula tostum afferes, & pistum atq; in frustra dissectum offeres vt sit odor suauiter recreans DOMINVM. Et sacerdos, qui pro eo vnctus

vnctus fuerit de filijs eius, faciet istud.  
Hic est ritus perpetuus DOMINO, vt  
totum comburatur.

Omnis enim oblatio Regula.  
sacerdotis tota comburetur, nec come-  
detur.

• Et DOMINVS locutus est ad Mosen  
dicens, Loquere ad Aharon & ad filios  
eius, & dic eis: Hæc est lex sacrificij pro  
peccato. In loco, in quo mactas holo-  
caustum, mactabis etiam hostiam pro  
peccato coram DOMINO, Est enim  
sanctum sanctorum. Sacerdos offerens  
hostiam pro peccato, comedet eam in  
loco sancto, videlicet in atrio taberna-  
culi testimonij. Nemo carnem eius con-  
trectet, nisi sit consecratus. Et qui san-  
guine eius vestem asperferit, is partem  
asperfam abluet in loco sancto. Et olla  
fictilis, in qua cocta est, confringetur,  
Si autem olla fuerit ænea, accurate pur-  
gabitur & aqua eluetur. Mascula sobo-  
les sacerdotum comedet ex ea, quia  
sanctum sanctorum est. Omnis vero  
hostia pro peccato,  
cuius sanguis in ta-  
bernaculū testimo-  
nij infertur ad pla-

Non licebat vesci  
cuiquam ne quidem  
sacerdoti earum vi-  
ctimarum carnibus,  
candum

candum in sancto, quarū sanguine al-  
 non comedetur, sed rare Domini con-  
 igne comburetur. spergebatur.

## CAPVT VII.

### Argumentum.

*SEXTVM genus sacrificij in hoc capite describitur, quod sacrificium laudis appellatur. Differt autem ab hostia pacificorum, quod simul fiebat in hoc sacrificio & pecudum mactatio, & oblatio seu immolatio libamentorum confessionis causa, qua qui offerebant, testabantur se agnoscere & profiteri illum Deum esse aeternum, verum & viuum Deum, distinctum ab omnibus commentitijs numinibus Echnicorum, conditorem rerum & generis humani, Dominum & huius populi & Ecclesie ex hoc populo propter Messiam collectae, autorem illorum beneficiorum, quae hic populus accepisset, & debere se ei obedientiam, gratitudinem & celebrationem beneficiorum perpetuam. Quam autem gratum sit Deo hoc genus sacrificij, testantur dicta Psalmorum. Psal. 50. Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Offerrens laudem honorificabit me. Psal. 69. Laudabo nomen*

*nomen Dei cantico, & magnificabo eum laude, Et placebit Deo magis quàm taurus aut iuuenus, qui cornua producit & ungulas. Pſal. 116. Tibi sacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini inuocabo.*

## T E X T V S.

**H**AEC vero est lex sacrificij pro delicto, quod est sanctum sanctorum. In loco, in quo maectatur holocaustum, maectanda est hostia pro delicto, & huius sanguine altare in circuitu conspergatur. Et omnis adeps eius offeratur, cauda & pinguedo adhærens intestinis, duo renes vnâ cum pinguedine eis adhærente iuxta ilia, & reticulum iecoris detractum. Et sacerdos adolebit ea in altari, vt sit ignis DOMINI. Hæc est hostia pro delicto. Mascula soboles sacerdotum comedet eam in loco sancto. Est enim sanctum sanctorum. Sicut hostia pro peccato, sic hostia pro delicto, vtriusq; eadem lex est. Et sacerdoti cedit, qui placationem per eam fecit. Quicumq; ex sacerdotib. holocaustum alicuius obtulerit, ad eum pertinebit pellis holocausti, quod oblatum est.



Omnis præterea oblatio in furno aut in craticula, aut in sartagine pista, propria erit sacerdotis, qui eam offert. Omnis porro oblatio, quæ aut oleo perfusa, aut sicca est, omnibus filiis Aharonis cedet nec minus vni quam alteri.

Hæc est lex hostiæ pacificorum, quæ offertur DOMINO.

Si volunt offerre Sacrificium laudis.  
sacrificium laudis,

offerant infermentatas placentas oleo persperfas, & lagana oleo oblita, & similam forma placentæ in craticula tostam & oleo perfusam. Offerent autem hoc genus sacrificij impositum placentis fermentatis, vt sit hostia pacifica & sacrificium laudis. Et vnâ ex his omnibus offeret DOMINO tanquam leuationem, quæ erit propria sacerdotis, qui sanguinem hostiæ pacificæ spargit. Et caro sacrificij laudis coniuncta cum hostia pacifica eodem die comedetur, quo oblata est, nec quicquam ex ea reliquum fiet vsq; ad diluculû posteri diei.

Ac siue votiuum sit, siue spontaneum sacrificium, eodem die quo oblatum est, comedatur. Quod si aliquid reliquum manse-

manferit vsque ad auroram postridianam, comedi poterit. Sed reliquæ carnis oblatae tertio die flammis absumentur. Sin autem aliquis comederit carnem in sacrificio laudis oblatam tertio die, non erit acceptus is qui obtulit, nec imputabitur ei, sed erit abominatio, & anima quæ ex ea comederit rea erit iniquitatis.

Et caro, quæ aliquid immundum tetigerit, non comedetur, sed igni consumetur. Qui habet mundum corpus comedat carnem. Anima quæ aliqua immundicie polluta comederit de carne hostiæ pacificæ, quæ est **D O M I N I**, exterminabitur ex populo suo.

Anima quæ immundum aliquid tetigerit, siue sit immundus homo siue iumentum, siue alia quæcunq; abominatio, & comederit de carne hostiæ pacificæ, quæ est **D O M I N I**, exterminabitur ex populo suo.

Et **D O M I N U S** locutus est ad Mosen dicens, Loquere ad filios Israël & dic eis, Non comedetis pinguedinem bovis aut ovis aut capræ. Pinguedinem vero cadaueris aut lacerati à bestiis conferte ad vsus necessarios, sic tamen

vt eam non comedatis. Quicumq; enim comederit pinguedinem pecoris, quod DOMINO consecratum est vt offeratur in sacrificio, eius anima exterminabitur ex populo suo. Neq; vero sanguinem comedetis siue pecudum siue auium, vbicumq; habitatis. Quæ autem anima comederit sanguinem, exterminabitur ex populo suo.

Et locutus est DOMINVS ad Mosen dicens, Loquere ad filios Israël & dic eis: Qui vult DOMINO offerre hostiam pacificam, is secum afferat ea quæ ad hoc sacrificij genus pertinent. Afferret autem suis manibus ad sacrificandum DOMINO, videlicet pinguedinem adhaerentem pectori & ipsum pectus, vt ventiletur coram DOMINO. Et sacerdos adolebit pinguedinem in altari, & pectus attribuetur

Aharoni & filijs eius.

Partes hostiæ sacerdotib. attributæ.

Et harmum dextrū

tradent sacerdoti vt leuetur de pacificis eorum. Qui igitur in numero filiorum Aharon sanguinem hostiæ pacificæ obtulerit & adipem, huic assignabitur harmus dexter tanquam rara pars. Nam pectus ventilatum & harmū leuatum

leuatum sumsi de hostijs pacificis filiorum Israël, & assignaui sacerdoti Aharoni & filijs eius iure perpetuo.

Hæc est vnctio Aharonis & filiorum eius de sacrificijs

Vnctio, id est, pars proportionalis.

DOMINI, eo die quo consecrabantur DOMINO, vt sacerdotio fungerentur, quando mandauit DOMINVS die vnctio- nis ipsorum, vt eis daretur à filijs Israël iure perpetuo in generationibus suis.

Et hæc est lex holocausti, oblationis,

Epilogus superiorum capitum.

sacrificij pro peccato, hostiæ pro delicto, hostiæ impletionum & hostiæ pacificæ, quam tradidit DOMINVS Mose in monte Sinai, eo die quo iussit referri ad filios Israël de ritibus sacrificiorum DOMINI in deserto Sinai.

## CAPVT VIII.

Argumentum.

*QVEM ADMODVM summus sacerdos olim prius induebatur duabus tunicis, quarum altera stricta erat, altera talaris, postea vero*

*vero applicabatur ei Ephod vnà cum rationali & ceteris ornamentis pontificijs: Ita singuli pijs superinduentur, si tamen non nudi reperientur. Nemo enim saluabitur post hanc vitam, nisi in hac vita mortali remissio peccatorum fide accepta sit, & inchoata sanctificatio, sicut scriptum est, Quos iustificat, eosdem & glorificat. Deinde consideretur in hoc capite dignitas ministerij Ecclesiastici, quod Deus instituit & conseruat, quia sic colligit Ecclesiam & non aliter, scilicet voce & cogitatione scripti Euangely cum auditur aut legitur.*

## TEXTVS.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen dicens, Tolle Aharon & filios  
eius, vnà cum vestibus eorum, & oleum  
vnctionis, & iuuenicum vt fit sacrifici-  
um pro peccato, duos arietes & cala-  
thum panibus infermentatis (refer-  
tum,) & congrega vniuersam multitu-  
dinem ad ostium tabernaculi testimo-  
nij. Moses faciebat sicut præceperat ei  
DOMINVS, & congregabat multitu-  
dinem ad ostium tabernaculi testimo-  
nij, ac dicebat, Hoc est quod præcepit  
DOMINVS vt fieret.

Et ad-

Et adiungens sibi Aharon & filios eius, lauabat eos aqua, & circumdedit ei tunicam lineam, & cinxit eum cingulo, & induit eum talari tunica, & circumdedit ei Ephod, idq; arctius astrinxit. Eidem etiam applicauit rationale, in quo erant Vrim & Thumim. Deniq; pileum capiti eius imposuit, & collocauit in anteriore parte pilei quæ frontem tegit laminam auream sanctæ coronæ, sicut **D O M I N V S** Mosi præceperat.

Et Moses sumsit oleum vñtionis, eoq; vñxit tabernaculum, & quicquid in eo erat, idq; consecrauit, & sparsit ex eo septies super altare, & vñxit altare vnâ cum omnibus vasis eius, Labrum præterea & basin eius, vt consecrarentur. Et effundens o-

Vñtio sacerdotû.

leum vñtionis super caput Aharonis vñxit eum, vt consecraretur. Filios quoq; eius adductos vestiuit tunicis lineis, & cinxit eos cingulo, & imposuit eis mitras, sicut ipsi præceperat **D O M I N V S**.

Et adduxit iuuenicum hostiam pro peccato, & Aharon atq; filij eius imposuerunt manus suas capiti illius, quem macta-

maclauit Moses, & sanguine consperfit cornua altaris per circuitum digito suo, & expiauit altare & effudit sanguinem ad basin altaris, & consecrauit ipsum placationis causa. Et tulit omnem pinguedinem intestinorum, reticulum iecoris, & duos renes vnâ cum pinguedine eis adhærente atq; in altari incendit. Iuencum vero vnâ cum pelle, carne & fimo, igni consumpsit extra castra, sicut DOMINVS ipsi præceperat.

Et adduxit arietem pro holocausto, cuius capiti manus suas imposuerunt Aharon & filij eius, quem maclauit Moses, & sanguinem sparsit super altare per circuitum. Et concidens in frustra arietem, incendit caput, frustra & adipem, & lauit intestina & pedes aqua, atq; ita totum arietem adoleuit in altari. Hoc erat holocaustum gratissimum & ignis DOMINI sicut præceperat ipsi DOMINVS.

Adduxit & alterum arietem impletionum, cuius capiti Aharon & filij eius manus suas imposuerunt. Hunc maclauit Moses & partem sanguinis eius posuit super chartilaginem dextram

tram auris Aharonis, & super pollicem manus ipsius dextrū, & super pollicem pedis eius dextrum. Adduxit quoque filios Aharonis, & posuit sanguinem super chartilaginem dextram auris ipsorum, & super pollicem manus ipsorum dextrum, & super pollicem pedis eorum dextrum, & sparsit sanguinem super altare per circuitū.

Et tulit adipem & caudam, & adipem qui operit intestina, & reticulum epatis, & duos renes vnā cum adipe eorum, & harum dextrum, & vnā crustulam panis & vnā placentam oleo mixtam, & laganum vnum ex cophino azymorum, qui est coram DOMINO, & posuit super adipem, & super harum dextrum, & hæc omnia tradidit in manus Aharonis & filiorum eius, & ventilabat ea coram DOMINO. Et omnia accepta de manibus illorum inflammavit super altare in holocaustum. Est enim

Hęc ceremonia significat dicta cœlestia dextre, nō sinistre, non stolide accipienda esse, vt Anabaptistæ sine distinctione damnant vindictā, quam magistratus exercet mandato diuino & priuatā, aut vt pontificii ex dicto Petri, Ecce duo gladii hic, extruunt dogma, pontifices tenere potestatem regiā.



enim impletionum hostia gratissima & ignis DOMINO. Et Moses tulit pectus de ariete impletionum, idque ventilabat coram DOMINO, quod quidem pars erat assignata Mosi, sicut preceperat ipsi DOMINVS.

Et Moses accepit oleum vnctionis & sanguinem in altari, & sparsit super Aharon & vestes eius, super filios eius & vestes eorum, & hoc modo consecrabat Aharon & vestes eius, filios eius & vestes ipsorum, dixitque ad Aharon & ad filios eius, Coquite carnem ante ostium tabernaculi testimonij, atque ibi comedite, & panem qui est in cophino impletionum, sicut mihi mandatum est, & dictum, quod Aharon & filij eius ipso vesci debeant. Ac si quid residuum fuerit de carne aut de pane, id flammis absumetis.

Septem diebus non efferes pedem extra ostium tabernaculi testimonij usque ad diem quo circumacti erunt dies impletionum vestrarum. Nam septem dies manus vestrae impletæ sunt, sicut hodie factum est. DOMINVS hoc fieri iussit, vt efferis expiati. Et manebitis in ostio tabernaculi testimonij  
dies

dies & noctes spacio septem dierum, & eritis in excubijs & custodia D O M I N I ne moriamini. Sic enim mihi mandatum est. Et Aharon atq; filij eius faciebant omnia quæ præceperat D O M I N U S per Mosen.

## C A P V T I X .

## Argumentum.

*P R I N C I P I V M* huius capituli admonet nos de discrimine sacerdotij Leuitici & sacerdotij Christi, de quo epistola ad Ebraeos cap. 9. & 10. præclare differit. Nam sacerdotes Leuitici non tantum pro populo, sed etiam pro se victimas offerebant. At Christus tantum pro Ecclesia sacrificauit, eius sacrificium suum perpetuo applicat. Deinde Aharon & filij eius obtulerunt sanguinem pecudum, Christus vero suum sanguinem pro nobis obtulit. Illi etiam sæpe iterarunt sua sacrificia. Hic semel duntaxat sese obtulit, & vna oblatione in sempiternum consummauit sanctificatos. Postremo, vt alia discrimina omittam, quæ alibi copiose explicantur, sacrificia Leuitica non tollebant peccatum & mortem. At Christi sacrificium est λύσις pro peccato & destruit

destruit mortem, ut Ecclesia piè canit, *Moriens mortem destruxit, & resurgendo vitam reparauit.*

Reliqua pars capituli continet testimonium de approbatione diuina rituum Leuiticorum. Nam & tabernaculo nubes incubuit, ut Exodi ultimo scribitur, & hoc loco sacrificium flamma diuinitus accensa consumpsit. Hæc testimonia presentie Dei sepe multumq; cogitentur, ut statuamus nunc quoq; Deum suo ministerio adesse & per id efficacem esse. Si enim Leuiticū sacerdotium habuit multa testimonia presentie Dei, quanto magis vox Euangelij erit efficax, & vere afferet æterna bona que promittit, cum propter hoc ministerium priora omnia facta sint.

### T E X T V S.

**O** Ctauo autem die vocauit Moses Aharon & filios eius & seniores Israëli, & dixit ad Aharon, Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrunque immaculatum, & adduc eos in conspectum DOMINI, & loquere ad filios Israëli dicens, Tollite hircum pro peccato & vitulum atq; ouiculam, quibus nihil de integritate

tate desit, & quidem vnius anni in holocaustum, & bouem atq; arietem tanquam hostias pacificas, vt offerantur coram DOMINO, & oblationem oleo permixtam. Nam hodie apparebit vobis DOMINVS.

• Tulerunt ergo quicquid præceperat Moses ad ostium tabernaculi testimonij, & vniuersa multitudo accessit, & stetit coram DOMINO. Et ait Moses, Hoc est quod præcepit DOMINVS vt faceretur, & apparebit vobis gloria DOMINI. Et dixit Moses ad Aharon, Accede ad altare, & fac hostiam tuam pro peccato & holocaustum tuum, & fac placationem pro te & pro populo. Postea fac sacrificium populi & fac pro eis placationem, sicut mandauit DOMINVS.

Et Aharon accedens ad altare mansit vitulum pro peccato suo, cuius sanguinem ad ipsum attulerunt filij eius, & intingens digitum suum in sanguine posuit super cornua altaris, & effudit sanguinem ad basin altaris. Adipem vero & renes, & reticulum iecoris hostiæ pro peccato

Primum sacrificium Aharonis pro se & pro populo.

adoleuit in altari, sicut DOMINVS Mofi præceperat. Et carnem vnà cum pelle flammis absumsit extra castra.

Postea maçtauit holocaustum, cuius sanguinem ad ipsum attulerunt filij eius, & consperfit altare per circuitum. Et attulerunt ad ipsum holocaustum in frustra dissectum & caput, & adoleuit ea in altari, & lauit intestina & pedes, & inflammauit super holocausto in altari.

Deinde adduxit sacrificium populi, & accepit caprum, qui erat hostia pro peccato populi, & maçtauit eum, & fecit ex eo hostiam pro peccato sicut antea fecerat. Et adduxit holocaustum, eiq; vsitatas ceremonias adhibuit. Adduxit etiam oblationem, & cum manum suam compleuisset, incendit eam in altari præter matutinum holocaustum.

Postea maçtauit bouem & arietem tanquam hostias pacificas pro populo, & filij eius attulerunt ad ipsum sanguinem, quo consperfit altare per circuitum. Adipem vero bouis, & arietis & caudam & pinguedinem adhaerentem intestinis, & renes, & reticulum iecoris, omnem hanc pinguedinem impostam pectori, adoleuit in altari. Pectus vero

vero & harmum dextrum ventilauit  
Aharon coram DOMINO, sicut Mosis  
præceperat DOMINVS.

Et leuans Aharon manum suam su-  
per populum benedixit ei & descendit  
postquam fecisset hostiam pro peccato,  
holocaustum & hostias pacificas, cum-  
que venissent Moses & Aharon in ta-  
bernaculum testimonij, egressi benedi-  
xerunt populo, & apparuit gloria D O-  
MINI vniuerso populo.

Nam ignis egres-  
sus à DOMINO ab-  
fumebat in altari ho-  
locaustū & adipem.  
Hæc cum vidisset po-  
pulus gaudio perfusi in terram procu-  
buerunt.

Mosis & Aharoni  
immolantibus ignis  
cœlitus demissus  
victimas inflammat  
ac consumit.

## C A P V T X.

Argumentum.

*HISTORIA de interitu filiorum Aha-  
ronis, Nadab & Abihu, pertinet ad regu-  
lam Ebraeos 12. traditam, Seruiamus Deo  
cum reuerentia & timore. Est enim Deus  
ignis consumens. Nam cum omnibus in re-  
bus temeritas errorq, turpis est, tum in eo loco  
D 3 maxime,*

*maxime, in quo iudicandum est, quantum rebus diuinis religioniq; tribuamus. Itaq; reuerenter audiamus verbum Dei, nec ab eo transuersum unquam discedamus. Etsi autem Aharon & duo filij superstites discesserant à præscripto ritu in immolatione hirci: tamen Deus dispensat de sua lege, quam illi non contumaciter, sed lætu impediti violarant.*

## T E X T V S.

**E**T accipientes filij Aharon Nadab & Abihu quisq; thuribulum suum, impositoq; igne miserunt in illum incensum, & offerebant coram DOMINO ignem alienum, quod eis non præceperat. Et egressus ignis à DOMINO deuorauit eos, & mortui sunt coram DOMINO. Et ait Moses ad Aharon, Hoc est, quod locutus est DOMINVS dicens, In his qui appropinquauerint mihi sanctificabor, & in conspectu totius populi glorificabor, & tacuit Aharon.

Hoc est, qui se mihi æquare voluerint, & spreto meo mādaro domini esse & suam voluntatem facere.

Moses autem vocauit Misaël & Elzaphan filios Vsiel patruī Aharon & dixit ad eos,

ad eos, Accedite propius & efferte fratres vestros ex sanctuario extra castra, & propius accedentes exportauerunt eos indutos lineis tunicis extra castra, sicut dixerat Moses. Et dixit Moses ad Aharon & ad filios eius Eleazar & Ithamar, Capita vestra nolite nudare, nec vestes discindite, ne moriamini, & ira irruat in totam congregationem. Omnes fratres vestri in tota domo Israël deplorent hanc inflammationem, cuius autor est DOMINVS. Et de ostio tabernaculi testimonij nolite egredi, ne forte moriamini, quoniam oleum unctionis diuinæ est super vos, & fecerunt iuxta verbum Mofi.

Et locutus est DOMINVS ad Aharon dicens, Vinum & ficeram non bibes, tu & filij tui qui sunt tecum, cum ingressi fueritis tabernaculum testimonij, ne moriamini. Hoc erit perpetuum statutum in posteritate vestra, vt possitis discernere sanctum à prophano, & mundum ab immundo, & docere filios

Lex de sobrietate sacerdotum.

Ratio legis, quia ebrii non possunt sanare ambigentes aut errantes, aut pramonere imperi-



Israël de omnib. iudicijs, de quib. DOMINVS ad vos locutus est per Mosen.

Et Moses locutus est cum Aharon & cum filijs eius, qui ad

tos, aut confirmare imbecilles, aut e-uoluere obscuras & intricatas quæstiones, quæ omnia ad officium docentium in Ecclesia pertinent.

huc superstites erant, Eleazar & Ithamar, Accipite quod reliquum est de oblatione, de sacrificijs DOMINI, idq; comedite sine fermento iuxta altare, quia est sanctum sanctorum. Comeditis autem in loco sancto. Hæc enim est pars tibi & filijs tuis attributa de sacrificijs DOMINI, quia sic mihi mandatum est. Pectus vero ventilatum & harum leuatum comedes tu & filij tui & filia tuæ in loco mundo. Nam hoc ius est assignatum tibi & filijs tuis de pacificis filiorum Israël. Etenim pectus leuatum & harmus ventilatus ideo sacrificijs quæ adipe constant adiunguntur, vt ventilentur coram DOMINO. Quare ad te & ad filios tuos pertinent iure perpetuo, sicut præcepit DOMINVS.

Et Moses quærebat hircum qui erat hostia pro peccato, & ecce combustus erat, & succensebat filijs Aharon qui adhuc

adhuc superstites erant Eleazar & Ithamar, & dicebat: Quare non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto cum sit sanctum sanctorum, & hanc vobis assignarit (Deus) vt gestaretis iniquitatem congregationis, & expiaretis eam coram DOMINO. Ecce sanguis eius non est importatus in partem sanctuarij interioris, & comedere eam debueratis in sanctuario, sicut mihi præceptum est. Aharon vero dixit ad Mosen, Ecce hodie obtulerunt coram DOMINO hostias suas pro peccato & sua holocausta, & acciderunt mihi talia. Iam si comedissem hostiam pro peccato, an ea res placuisset DOMINO. Hæc cum audiret Moses, dedit se ad lenitatem.

## C A P V T X I .

## Argumentum.

*A P V D Irenæum lib. 5. hæc allegoria legis de discrimine animalium mundorum & immundorum traditur. Qui sunt ergo mundi? Qui in patrem & filium firmiter credunt. Hæc est enim firmitas eorum, quæ duplici sunt unguis, & eloquia Dei meditantur*

die ac nocte, ut operibus bonis orrentur. Hæc est enim ruminantium virtus. Immunda autem que neq; duplicem vngulam habent, neq; ruminant, sunt Ethnici, qui neq; in Deū credunt, neq; eloquia eius meditantur. Quæ autem ruminant quidem, sed non habent vngulam duplicem sunt Iudei, qui quidem eloquia Dei in ore habent, sed stabilitatem radicis sue non infigunt in Patre & Filio. Ideo etiam lubricum est genus ipforum. Etenim que vnius sunt vngule animalia facile labuntur, firmiora autem sunt que duplicem vngulam habent. Immunda porro que duplicem vngulam habent non autem ruminant sunt heretici. Etsi enim dicunt se in Patrem & Filium credere: tamen non meditantur eloquia Dei sicut oportet, neq; iusticie operibus sunt ornati, sed tanquam porci & canes immundicie & gula sese tradunt.

## T E X T V S.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen & Aharon dicens ad eos, Lo-  
quimini ad filios Israël dicentes, Hæc  
sunt animalia, quæ comedere debetis  
inter omnia animantia terræ. Omne  
quod habet fissam vngulam & ruminat  
inter

inter animantia, cō-  
ederis. Quicquid au-  
tem ruminat & ha-  
bet vngulam, sed nō  
fiffam, vt camelus, id  
vobis erit immun-  
dum, nec comedetis.  
Sic cuniculus rumi-  
nans quidem, sed nō  
findens vngulam erit  
vobis immundus.  
Lepus etfi ruminat,  
tamen vngulam non  
findit. Ideo vobis e-  
rit imundus. Quan-  
quam autem sus fin-  
dit vngulam : tamen  
non ruminat. Itaq;  
vobis immundus e-  
rit. Horum carnibus  
non vescemini, nec  
cadauera contrecta-  
bitis, quia sunt vobis  
immunda.

Prosper senten-  
tia 193. Auditor  
verbi similis debet  
esse animalibus,  
quæ ob hoc quia  
ruminant, munda  
esse dicuntur, vt  
non sit piger de his  
cogitare, quæ in al-  
uo cordis accepit,  
& cum audit sit si-  
milis edenti, cum  
vero audita in me-  
moriâ reuocat, sit  
similis ruminanti.

Ideo etiam absti-  
nere illos suillis  
carnibus iussit, quia  
hisce solis Aegy-  
ptii vescerentur, cæ-  
teris autē animan-  
tibus, tanquam diis  
suis parcerent. Theo-  
doretus Oratione  
7. contra Ethnicos.

Diserte dicitur,  
Vobis, quia hæ le-  
ges de discrimine  
ciborum non obli-

gant ceteras gentes. Deinde constat ceremo-  
niales leges Moyfi abrogatas esse postquam Mes-  
sias exhibitus, crucifixus & resuscitatus est iuxta  
hæc dicta Matth. 11. Lex & prophetæ vsque ad  
Iohan-

Iohannem. Act. 1. c. Quod Deus purificauit tu noli immundum dicere. Act. 15. Quid tentatis Deum imponentes iugum ceruicibus discipulorum, &c. 1. Tim. 4. Omnis creatura Dei bona est. Sanctificatur cibus per verbum Dei & per precationem. Coloss. 2. Nemo vos iudicet in cibo & potu.

Hoc vero comedetis ex omnibus. quæ in aquis sunt, Pisces.  
 Omne quod habet pinnulas & squamas in aquis, in mari & fluminibus, comedetis. Quicquid autem non habet pinnulas & squamas in mari & fluminibus, ex omnibus reptilibus aquaticis, & omnibus quæ uiuunt in aquis, erit uobis abominatio. Carnes eorum non comedetis, & cadauera reformidabitis. Omne enim quod non habet pinnulas & squamas in aquis, id fugietis.

Hæc uero sunt inter aues quæ ita reformidabitis, ut ea non comedatis, uidelicet aquila, accipiter, haliaëtus, uultur, miluus, & quicquid est generis eiusdem, & omnes corui in suo genere, stru-

Aues.

Haliaëtus sextum genus aquilarum apud Plinium lib. 10. cap. 2. Superest haliaëtus clarissima oculorum acie, librans ex alto sese, thio

thio camelus, vlula, visoque in mari pisce, præceps in eum ruens & discussis pectore aquis rapiens, &c.

spertilio, onocrotalus, ciconia, ardea, garrulus cum genere suo, vpupa, hirundo. Omne præterea volatile quod reptat & quatuor pedibus incedit, erit vobis abominatio. Veruntamen istud comedetis ex omni reptili pennato, quod quatuor pedibus incedit, nec duobus saltat super terram, de hoc, inquam, comedere poteritis, cuiusmodi est, Arbe, Selaam, Hargol & Hagab vnumquodq; in genere suo. Alia vero omnia volatilia quæ habent quatuor pedes, erunt vobis abominabilia & immunda. Qui horum cadauera tetigerit, is erit immundus vsq; ad vesperam. Si quis autem cadauer ex his gestauerit, is lauabit vestes suas, & erit immundus vsq; ad vesperam.

Itaq; omne animal quod ungulas habet nec findit eas, nec ruminat, erit vobis immundum. Qui tetigerit illud erit immundus. Quicquid præterea super manus ambulat inter bestias quadrupedes, erit vobis immundum. Qui tetigerit

tigerit horum cadauera immundus erit vsq; ad vesperam. Et qui cadauer ex his geltauerit, is lauabit vestes suas, & erit immundus vsq; ad vesperam, quia hæc immunda sunt vobis.

Hæc quoq; erunt vobis immunda inter animantia quæ reptant in terra, Mustela, mus, bufo, vnumquodq; cum suo genere. Erinaceus, salamandra; lacerta, cœcula, & talpa. Hæc sunt vobis immunda inter omnia quæ reptant. Qui horum cadauera attingit, immundus erit vsq; ad vesperam. Et omne super quod tale cadauer ceciderit, erit immundum, siue sit vas ligneum, siue vestis, siue pellis, siue saccus, siue aliud instrumentum, quo aliquid efficitur, & illud in aquam mergetur & erit immundum vsq; ad vesperam. Postea vero mundum erit.

Omne quoq; vas fictile in quod incidit tale cadauer, erit immundum vnâ cum eo quod continet, ideoq; frangetur. Omnis cibus qui comeditur, si ei talis aqua admiscebitur, est immundus. Et omnis potus qui bibitur ex tali vase, immundus erit. Et omne super quod eiusmodi cadauer ceciderit, polluetur, ac siue

ac siue sit furnus, siue focus, frangetur, quia est immundum & erit vobis immundum. Veruntamen fontes & cisternæ & stagna sunt munda. Qui autem cadauera horum tetigerit, est immundus.

• Ac si tale cadauer ceciderit super semen quod in agro sparsum est, nihilominus erit mundum. Sin autem aqua fuerit effusa super semen, ac postea super illud ceciderit tale cadauer, erit vobis immundum.

Si mortuum fuerit iumentum cuius usus concessus est, & aliquis cadauer illius tetigerit, immundus erit vsq; ad vesperam. Qui ex eo comederit, lauabit vestimenta sua & erit immundus vsq; ad vesperam. Sic gestator cadaueris lauabit vestes suas & erit immundus vsq; ad vesperam.

Quicquid reptat in terra, erit vobis abominatio, nec comedetur. Et omne quod incedit super pectus, & quicquid quatuor aut pluribus pedibus vititur inter omnia reptilia terræ, non comedetis, quia erit vobis abominatio. Nolite contaminare animas vestras, nec his polluamini, vt sitis immundi.

Ego



Ego enim sum DOMINVS Deus vester. Ideo sanctificate vos & estote sancti, quoniam ego sanctus sum. Nolite polluere animas vestras vlllo reptili quod reptat super terram.

Ego enim sum DOMINVS, qui eduxi vos ex Aegypto, vt essem vester Deus. Eritis igitur sancti, quia ego sanctus sum.

Hæc est lex de animalibus & volucribus & omnibus reptilibus aquaticis, & omnibus reptilibus terrestribus, vt possitis discernere mundū ab immundo, & cuius animalis esus concessus sit aut prohibitus.

Nihil est appetentius similiū sui, nihil rapacius quā natura. Sic Deus cum sit sanctus vult Ecclesiam quoque sanctā esse, ne dissimilitudo dissociet amicitiam seu *κοινωνίαν* qua Deus se nobis communicat.

## CAPVT XII.

### Argumentum.

*Lex de immundicie puerpera propter duas causas tradita est, Primum propter significationem. Loquitur enim de nato ex virili*

virili semine, ut nos admoneat de immundicie humane natura & de peccato originis. Deinde propter utilitatem corporis. Ut enim parcatur corpori puerperæ, Deus aliquos dies ordinavit, quibus vult illam servire suæ valetudini. Etsi autem certus numerus dierum ad nos non pertinet: tamen genus ad nos pertinet. Vult Deus nunc quoque puerperas curare suam valetudinem. Quod vero offerebant agnum aut turtures, hic ritus non tollebat peccata, sed erat testimonium observati illius puerperij, & occasio docendi populi, cum veniebant ad templum, & hostiæ offerebantur, quia talibus officijs sacerdotes alendi erant. Ceterum recte significabatur ventura hostiæ.

## T E X T V S.

**L**ocutus est D O M I N U S ad Moſen dicens, Loquere ad filios Iſraël & dic eis, Si mulier ſemen conceperit & masculum pepererit, ſeptem dieb. immunda erit donec menſtruis fluxus ceſſarit. Die autē octavo circumcidetur caro

Lex diferte loquitur de ea, quæ peperit conceptum ex virili ſemine. Hæc additio ſuperuacanea fuiſſet, niſi recte ſignificaret quandam pariturâ eſſe ſine virili ſemi-

E præpu-

præputij eius ( infantis. ) Postea diebus triginta tribus domi se continebit in sanguine purificationis suæ. Nihil quod sanctum est attinget, nec ad san-

ctuarium veniet, donec circumacti fuerint dies purgationis suæ. Si autem foemellam pepererit, duabus hebdomadibus immunda erit, donec menstruus fluxus cessarit. Postea diebus sexaginta sex domi se continebit in sanguine purificationis suæ.

Circumactis vero diebus purificationis suæ pro filio vel pro filia, afferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ siue turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij & ad sacerdotem, qui offeret illa coram D O M I N O, & expiabit illam. Tunc mundabitur à fluxu sanguinis sui. Hæc est lex puerperæ, quæ masculum aut foemellam parit.

Si autem propter rei familiaris tenuitatem non poterit offerre agnum, tollat duos turtures vel duos pullos columba-

ne. Bernardus sermone tertio de purificatione: Nisi parituram præguidisset sine femine virginitatem, quæ necessitas erat de suscepto femine fieri mentionem?

lumbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato. Et expiabit eam sacerdos vt sit munda.

## CAPVT XIII.

### Argumentum.

*IN HOC capite causa lepra & omnium calamitatum humanarum consideretur. Est autem prima & precipua causa peccatum, vt Psalmo 39. dicitur, Propter iniquitatem castigas hominem. Et Rom. 8. Corpus mortificatur propter peccatum. Sic minister Elisei propter πλεονεξίαν punitus est lepra, que etiam in posteritate eius habet. Eadem poena affectus est propter πολυπραγμοσύνην Osiæ rex, & soror Moysi ardens ambitione & emulatione aduersus fratrem. Deinde cogitemus quantas res professio sacerdotum in populo Dei complexa sit. Non enim tantum sacrificijs occupati fuerunt, sed maior cura, maior eis moles imposita erat, videlicet, vt essent doctrinae custodes atq; interpretes, & grauissimarum controuersiarum iudices, ac complectebatur eorum professio literas, legem diuinam, historias, distinctionem temporum & anni rationem, naturæ inquisitionem & artem medicam, deniq; & Musicam.*

**E**T locutus est DoMINVS ad Mo-  
Lex de lepra cor-  
porum.

sen & ad Aharon dicens: Homo cum fuerit in cute carnis eius tumor, vel scabies, vel macula candida, quasi futura sit in carne eius plaga lepræ, ducetur ad Aharon sacerdotem vel ad vnum ex filijs eius sacerdotibus, cumq; viderit sacerdos plagam in cute carnis, quod pilus in ipsa plaga mutetur in albedinem, & aspectus plagæ profundior sit quàm reliqua cutis carnis eius, haud-dubie est plaga lepræ.

Itaq; sacerdos diligenter eum contem- plabitur & immu- dum pronuntiabit.

Non est prope- randum ad pœnam, sed legitima cog- nitio antecedit exe- cutionem.

Quod si alba macula fuerit in cute carnis eius, & aspectus eius non erit profundior reliqua cute, nec pilus eius mutatus fuerit in albedinem, includet eum sacerdos septem diebus, & rursus die septimo diligenter considerabit eum. Ac si plaga manserit in eodem statu, nec arrodere cæperit reliquã cutem, in- cludet eum sacerdos denuo septem die- bus.

bus. Cum igitur septimo die iterum sacerdos quàm maxime intentis oculis contemplatus fuerit locum affectum, & animaduernerit plagæ vestigium euauisse, nec malum longius progressum esse, mundum eum pronuntiabit sacerdos, quia scabies est, & lauabit vestimenta sua vt sit mundus. Si autem scabies illa cæperit arrodere vicinas partes cutis, postquam à sacerdote inspectus & mundus pronuntiatus est, iterum subibit censurâ sacerdotis. Quod si tunc sacerdos deprehenderit scabiem arrosione sua reliquam cutem læsisse, immundum eum pronuntiabit, cum haud dubie sit lepra.

Si plaga lepræ in homine fuerit, adducetur ad sacerdotem, qui cum viderit tumorem candidum in cute extitisse, & pilum mutatum in candorem, & carnem crudam in tumore conspexerit, haud dubie est inueterata lepra in cute carnis eius. Ideo sacerdos iudicabit eum immundum esse, nec includet eum, quia est immundus.

Si autem floruerit lepra in cute, & operuerit vniuersam cutem, à capite vsq; ad pedes, quicquid cadit sub aspe-

Etum sacerdotis, Si ergo sacerdos viderit quod lepra totam carnem operuerit, mundam iudicabit plagam, eo quod tota versa sit in candorem, eritque ille mundus. Sin autem caro cruda ibi fuerit eo die, quo censuram subibit, immundus erit, cumque sacerdos crudam carnem viderit, immundum pronuntiabit, quia est immundus, & sine vlla dubitatione est lepra. Quod si mutata fuerit caro cruda & versa in albedinem, veniet ad sacerdotem, cumque viderit sacerdos plagam versam esse in albedinem, mundam iudicabit sacerdos plagam illam, & ipse mundus erit.

Si in cute alicuius carnis vlcus fuerit, idque sanatum fuerit, & postea in loco vlcis tumor extiterit albus aut ruffus, subibit censuram sacerdotis, cumque viderit sacerdos, quod aspectus eius sit profundior reliqua cute, & pilus eius mutatus sit in albedinem, immundum eum pronuntiabit sacerdos, quia ex vlcere facta est proculdubio plaga leprae. Si autem viderit sacerdos pilum in ea non esse albicantem, nec profundior erit reliqua cute atque euauerit, septem diebus includet eum. Si autem

autem latius vagabitur in cute, immundum eum iudicabit, quia est plaga lepræ. Quod si steterit macula illa, nec latius serpsit, cicatrix vlcis est, & sacerdos mundis eum annumerabit.

Si quis carnem suam igne combusserit, & plaga à combustione orta fuerit rubicunda aut alba, & sacerdos contemplans eum deprehenderit pilum albicantem in plaga à combustione orta, & aspectum eius profundioris reliqua cute, haud dubie ex plaga à combustione orta facta est lepra. Itaque sacerdos pronuntiabit eum immundum, quia est plaga lepræ. Si autem viderit sacerdos, quod pilus in plaga adusta non sit albicans, nec profundior est reliqua cute, & evanuit, septem diebus includet eum, & septimo die contemplabitur eum. Si arroserit alias partes cutis, iudicabit eum immundum, quia est lepra. Si autem stetit vestigium flammæ, nec arrosione reliquam cutem læsit, & evanuit, tumor combustionis est, & sacerdos annumerabit eum mundis, quia est cicatrix vestigij à flamma impressi.

Si vir aut mulier in capite vel in bar-



ba maculam habuerit, & sacerdos aspiciens eam deprehenderit quod aspectus eius sit profundior reliqua cute, & pilus eius flauus ac tenuis, pronuntiabit eum esse immundum, quia est leprosa scabies capitis aut barbæ. Quod si viderit sacerdos, quod scabies non præ se ferat speciem profundiorē reliqua cute, nec pilus giluis sit, septem diebus includet eum, ac si septimo die viderit scabiem non longius vagatam esse, nec pilum flauum conspexerit, & species scabiei non profundior fuerit reliqua cute, radetur ipse, sic tamen vt non radat scabiem. Et rursus includet eum sacerdos septem diebus. Ac si septimo die contemplans eum deprehenderit, quod scabies non vltius progressa sit in cute, nec aspectus profundior sit reliqua cute, absoluet eum ab immundicie sacerdos, & ipse lauabit vestes suas, quia mundus est. Si autem scabies arroserit reliquas partes cutis, postquam ab immundicie absolutus est, & sacerdos deprehenderit accurata contemplatione, quod scabies arroserit vicinas partes cutis, non amplius quæret an pilus flauus sit, quia est immundus.

mundus. Si autem in oculis scabies steterit, & gilvus pilus ibi natus fuerit, sanata est scabies, & ipse mundus est, & sacerdos tribuet ei testimonium de mundicie.

Si vir aut mulier habuerit in cute carnis suæ albas maculas, & sacerdos viderit euanescere albicantes maculas, ea est scabies alba in cute efflorescens, & ipse mundus est.

Si vir laborans defluuio capillorum caluus fuerit, mundus est. Quod si in priore parte capitis caluescit, recaluafter & mundus est. Si autem in caluitie vel in recaluatione apparuerit macula alba vel subruffa, lepra existit in caluicie vel in recaluatione eius. Itaq; sacerdos contemplabitur eum, ac si deprehenderit maculam albam vel subruffam in caluicie aut recaluatione eius, non dissimilem lepræ, quæ est in cute carnis, leprofus est & immundus, & sacerdos pronuntiabit eum esse immundū propter talem maculam in capite eius.

Qui ergo leprofus est, huius vestimenta sint lacerata, & caput nudatum, & labia inuolucris tecta, & omnino immundus

Signa reatus,

mundus vocabitur. Et donec hæserit in eo macula, immundus erit, & solus habitabit, & habitatio ipsius extra castra erit.

Quando in veste aliqua fuerit macula lepræ, siue lanca siue linea sit, in stamine vel subtegmine siue lineo siue laneo, aut in pelle, aut in opere quocunq; ex pellibus confecto, & si macula fuerit flaua aut subruffa in veste aut pelle, in stamine aut subtegmine, aut in quocunq; opere expellibus confecto, ea proculdubio est macula lepræ. Itaq; sacerdos contempletur maculam illam & obseruatione notatam includet septē diebus. Ac si septimo die viderit maculam longius vaga-

Lepra vestium.

Theodoretus Oratione 12. contra Ethnicos allegoriam staminis & subtegminis his verbis exponit: Vestes nequaquam stamina sola conficiunt, sed opus est subtegmine, quod staminibus intexatur & cohærescat. Ita maximum bonum est diuinarū rerū cognitio. Sed hæc non sufficit ad perfectionem hominis. Oportet enim bonas actiones ad cognitionem scientiamque adiungi. Quod enim telis contexendis ipsa sunt stamina, hoc perficiendis animis est veritatis cognitio, stabilisque rerum diuinarum fitam

tam esse in veste, in  
stamine, in subteg-  
mine, in pelle, aut in  
quocunq; opere ex  
pellib. confecto, ma-  
cula est arrodentis

des. Oportet au-  
tem non solum sci-  
re quid de Deo sen-  
tiendum sit, verum-  
etiam ad illius le-  
ges vitam moresque  
instituire.

• lepræ, & ob eam rem immunda. Com-  
buret itaq; vestem, aut stamen, aut sub-  
tegmen, siue laneum siue lineum sit, aut  
quodcunq; opus ex pellibus confectum,  
in quo talis macula est. Quia est macu-  
la lepræ, & igne combures.

Si autem viderit sacerdos, quod ma-  
cula non longius arrodendo progressa  
sit in veste, aut stamine, aut subtegmi-  
ne, aut in quocunq; opere pelliceo,  
mandabit vt lauetur id in quo hæret  
macula, & rursus septem diebus inclu-  
det eam. Ac si viderit sacerdos post-  
quam macula lota est, quod non muta-  
uerit speciem, nec longius progressa  
sit, immunda est & igne combures eam,  
quia corrodens est in caluitio eius siue  
in recaluatione. Si autem viderit sa-  
cerdos euanuisse maculam post lotio-  
nem, recidat eam à veste, à pelle, à sta-  
mine vel à subtegmene. Si vero dein-  
ceps etiam conspicietur, in veste, in  
stami-

stamine, in subtegmine, aut in quocun-  
que opere pelliceo, crescens est (lepra)  
ideoq; igne illud combures, in quo ta-  
lis macula hæret. Vestis vero aut sta-  
men aut subtegmen aut omne opus pel-  
liceum quod lotum est, & in quo desijt  
esse talis macula, iterum lauabitur &  
mundum erit. Hæc est lex de plaga le-  
præ in veste lanea vel linea, in stamine  
& subtegmine, & in omni opere pelliceo,  
iuxta quam pronuntiandum est de  
mundicie vel immundicie.

## CAPVT XIII.

### Argumentum.

*DVLICIS est allegoria legis de purifica-  
tione leprosi. Quemadmodum enim ex passe-  
ribus illis qui offeruntur, alter maectabatur,  
alter sanguine maectati tinctus soluebatur. Ita  
Dominus Christus pro humanitate lepra in-  
quinata crucifixus est, carne quidem perfe-  
rente mortem, diuinitate vero passionem hu-  
manitatis sibi accommodante. Iam vero sicut  
leprosus demonstratur splendidus & purus,  
ubi aspersus fuerit sanguine passeris immolati  
mixta aqua pura, cum ligno cedrino, hyssopo  
& cocco*

Et cocco retorto: Ita qui credit Christo salu-  
 tori, sacrosancti baptismatis aqua lustratus,  
 peccatorum maculis abstergitur. Porro li-  
 gnum cedrinum, quod corruptioni minime est  
 obnoxium, representat diuinitatem passionis  
 expertem, coccinum vero retortum humani-  
 tatem ex anima & corpore constantem, hys-  
 sopus autem calorem & suauem odorem san-  
 cti Spiritus. Per hæc qui baptizantur ab ani-  
 ma lepra liberantur. Hemina vero olei si-  
 gnificat unguentum spirituale, oleumq; quo  
 inunguntur auris dextra, manus & pes dex-  
 ter, innuit auditum quidem dedicatum esse  
 dextris sermonibus, manum autem & pedem  
 dextris operationibus. Oleum vero immis-  
 sum capiti, consecrationem mentis indicat. At  
 qui leprosus perdurat expellitur ab Ecclesia.  
 Hæc allegoria tradita est à Theodoro  
 questione 19. in Leuiticum.

TEXTVS.

ET locutus est DOMINVS ad Mosén  
 dicens: Hæc est  
 lex de leproso, quan-  
 do mundari debet. Lex de munda-  
 tione leprosi.  
 Veniet ad sacerdotem, & sacerdos e-  
 gredietur ex castris, & cognoscet, quo-  
 modo

modo plaga lepræ in leproso sanata sit. Et præcipiet illi qui mundandus est, vt tollat duas auiculas viuas & mundas, & lignum cedrinum & lanam cocco tinctam & hyssopum. Et iubebit mactari vnâ auiculam in vase fictili iuxta aquam fluentem. Et tollet viuam auiculam vnâ cum ligno cedrino, lana cocco tincta & hyssopo & tinget ea sanguine mactatæ auiculæ ad aquam fluentem, & septies asperget eum qui à lepra mundandus est, & mundabit eum, & sinet auiculam auolantem cælo frui libero.

Tua Christe per  
vulnera seruator  
Morte tua viuens.

Mundatus vero vestes suas lauabit, & abradet omnes suos capillos, & sese aqua abluet, & mundus fiet. Postea veniet in castra, sic tamen vt septem diebus extra tabernaculum suum commoretur. Et septimo die abradet omnes capillos suos in capite, in barba, & supercilijs oculorum, vt omnes capilli sint rasi, & lauabit vestes suas, & carnem suam aqua abluet, & tunc erit mundus.

Die autem octauo tollet duos agnos integros, & vnâ ouem anniculam sine de-

ne defectu, & tres decimas similæ pro oblatione oleo perfusas, & log olei. Et collocabit sacerdos mundatum illum & alias res coram D O M I N O ante ostium tabernaculi testimonij. Et tollet alterum agnum & offeret eum pro delicto, & log olei, & ventilabit ea coram D O M I N O, & postea mactabit agnum in loco, in quo mactatur hostia pro peccato & holocaustum, in loco videlicet sancto. Sicut enim hostia pro peccato, sicut etiam hostia pro delicto sacerdotis est, cum sit sanctum sanctorum.

Et tollet sacerdos de sanguine hostie pro delicto, & imponet charilagini auriculæ dextræ mundati, & pollicis dextræ manus, & pollicis pedis dextri. Accipiet quoque sacerdos oleum ex log, & in suam (sacerdotis) sinistram manum fundet, & digitum suum dextrum oleo tinget, quod sinistra ipsius manu continetur, & sparget digito suo oleum septies coram D O M I N O. Reliquias vero olei in manu sua imponet chartilagini auriculæ dextræ mundati, & pollicis dextræ manus, & pollicis pedis dextri, supra sanguinem hostiæ pro delicto.

In loco sanguinis hostiæ pro delicto, ut infra dicitur.

Resi-



Residuum vero olei in manu sua imponet capiti mundati, expiabitque eum coram DOMINO. Et faciet hostiam pro peccato, & mundatum expiabit à sua immundicia, & postea mactabit holocaustum, offeretque in altari holocaustum & oblationem & expiabit eum, eritque mundus. Si autem pauper fuerit, nec à re familiari instructus, summat unum agnum pro hostia delicti ventilanda ad ipsum expiandum, & decimam similæ oleo perfusam pro oblatione, & log olei, & duos turtures aut duos pullos columbæ, quos manu sua comparare potest, quorum alter sit hostia pro peccato, alter holocaustum. Et afferat eos die octauo, quo mundandus est, ad sacerdotem, ante ostium tabernaculi testimonij coram DOMINO.

Et accipiet sacerdos agnum pro delicto, & log olei, & hæc omnia ventilabit coram DOMINO, & agnum pro delicto mactabit. Et tollet de sanguine illius hostiæ pro delicto, & imponet chartilagini auriculæ dextræ mundati, & pollicis manus dextræ, & pollicis pedis dextri, & oleum in manum suam sinistram ( sacerdotis ) fundet, & digito suo

suo dextro oleum, quod sinistra ipsius manu continetur, septies coram DOMINO sparget.

Reliquias vero olei in manu sua imponet chartilagini dextræ auriculæ mundati, & pollici dextræ manus & pollici dextri pedis, supra sanguinem hostiæ pro delicto. Reliquum vero olei in manu sua imponet capiti mundati, vt faciat pro eo placationem coram DOMINO. Et ex altero quidem turturum aut pullorum columbæ, quos comparare potuit manus eius, faciet hostiam pro peccato, ex altero vero holocaustum, vnâ cum oblatione, & hoc modo sacerdos mundatum expiabit coram DOMINO. Hæc est lex pertinens ad mundationem leprosi, qui manu sua difficulter victum parat.

Et locutus est DOMINVS ad Mosen & Aharon dicens, Cum veneritis in terram Chanaan, quam ego vobis possidendam attribuam,

& posuero plagam lepræ in aliqua domo possessionis vestræ, veniet dominus

Lex de lepra domus.

Non temere nec casu, sed Dei consilio vagantur in genere humano morbi & aliæ calamitates.

F domus

domus, & indicabit sacerdoti dicens, Videtur mihi in domo mea hæere plaga lepræ. Et præcipiet sacerdos vt domum illam euacuent, antequam sacerdos in eam ingreditur ad explorandam plagam lepræ, ne omnia fiant immunda quæ in domo sunt. Postea ingredietur sacerdos ad explorandam domum.

Cum igitur viderit plagam, &prehenderit, quod in pariete domus flauæ aut rubicundæ fossulæ sint, & aspectus earum profundior reliquo pariete, egredietur per ostium domus, & domum septem diebus claudet. Et septimo die reuersus & animaduertens plagam arrodendo longius vagatam esse in pariete domus, iubebit lapides eximi in quibus apparet macula, & extra ciuitatem in locum aliquem immundum abijci. Et domus intrinsecus per circuitum radetur, & effundetur puluis abrasus in locum aliquem immundum extra ciuitatem, & alij lapides in locum priorum substituentur, & alio luto domus oblinetur.

Si autem redierit plaga & pullulat in domo, postquam lapides exempti, & domus aliter oblita est, intrabit in domum

num sacerdos, & si cognouerit plagam arrodendo longius progressam esse, sine dubio est arrodens lepra in domo, & est immunda. Ideo destruetur domus, & lapides vnà cum lignis & vnuerfo limo domus exportabuntur in locum aliquem immundam extra ciuitatem. Et qui ingressus fuerit domum, eo tempore quo clausa est, immundus est vsq; ad vesperam. Et qui in ea vel dormierit vel ederit, lauabit vestes suas.

Cum autem sacerdos ingrediens uiderit, quod hæc macula non læserit arrosione reliquas partes domus, postquam domus oblita est, mundam pronuntiabit domum illam, quia plaga sanata est. Et sumet ad expiendam domum duas auiculas, lignum cedrinum, & lanam cocco tinctam & hyssopum. Et alterutram ex auiculis maetabit in uase fictili iuxta fluentem aquam. Et accipiet lignum cedrinum, & lanam cocco tinctam, hyssopum & uiuam auiculam, & maetatae auiculæ sanguine tinget iuxta aquam fluentem, & domum septies asperget, atq; ita sanguine auiculæ expiabit domum, & aqua fluente superflite auicula, cedrino ligno, hyssopo

sopo & lana cocco tineta, & finet vi-  
uam auiculam auolantem libero celo  
frui extra ciuitatem, & domum expia-  
bit, vt fit munda.

Hæc est lex de quacuncq; plaga lepræ  
& scabiei in vestitu & in ædificijs, de  
tumore, de scabie & de albicantibus  
maculis, vt sciatur quid sit mundum aut  
immundum. Hæc est lex de lepra.

## CAPVT XV.

### Argumentum.

*PRIMA* lex de seminifluo commonefa-  
cit nos de amore castitatis. Si enim id quod  
inuitus quis patitur, immundum est & Deo  
displicet, multò magis Deum offendit, quod  
quis sponte committit. Sciamus igitur omnes  
commixtiones & seminis effusiones extra con-  
iugium seuerissime à Deo prohibitas esse, &  
seminis abusum non tantum in nobisipsis, sed  
etiam in posteris puniri, vt Absolon polluit  
coniuges patris sanctas matronas. Hanc pœ-  
nam Deus certo consilio tanquam exemplum  
vniuersæ posteritati proposuit, ne spe impunita-  
tis homines prauis cupiditatib. frenos laxent.

*ALTERA* lex, que prohibet generatio-  
nem eo

*nem eo tempore, quo menstrua fluunt, manifestam habet causam in natura. Quia enim menstruorum purgatio conceptu turbatur, foetus ex impurissimo sanguine nascitur. Cogitemus igitur consilium & voluntatem Dei, qui generationem fluentibus menstruis prohibuit.*

## T E X T V S.

**E**T locutus est D O M I N V S ad Mo-  
sen & Aharon dicens, Loquimini ad  
filios Israël & dicite eis, Quicumq; flu-  
xum habet in carne sua, is immundus est.

Fluxus viri.

Tunc autem erit immundus propter hunc fluxum, quando caro ipsius aut purulentam materiam excernit, aut obstructa & obturata est. Omne stratum in quo cubat laborans tali fluxu, & omne cui infidet immundum erit. Et qui stratum eius attigerit, lauabit vestimenta sua, & se aqua abluet, & immundus erit vsq; ad vesperam.

Et qui sederit in eo loco, in quo ille sedit, lauabit vestimenta sua, & se aqua abluet, & immundus erit vsq; ad vesperam. Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua, & se aqua abluet, &

erit immundus vsq; ad vesperam. Et si laborans fluxu inspuerit in eum qui mundus est, is lauabit vestimenta sua & aqua se abluet, & erit immundus vsq; ad vesperam. Ephippia quoq; quibus vehitur immunda erunt. Et qui tetigerit aliquid, quod ei subiectum fuit, erit immundus vsq; ad vesperam. Et qui tale aliquid gestat, lauabit vestimenta sua, & aqua se abluet, & erit immundus vsq; ad vesperam. Et quemcunq; tetigerit laborans fluxu illotis manibus, is lauabit vestimenta sua, & aqua se abluet, & erit immundus vsq; ad vesperam. Vas fictile ab illo contrectatum frangetur, vas vero ligneum aqua eluetur.

Postquam autem mundatus fuerit à Mundati oblatio. suo fluxu, numerabit septem dies à mundatione, & vestes suas lauabit, & carnem suam aqua fluente abluet, & mundus erit. Octauo autem die tollet duos turtures aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectum DOMINI ad ostium tabernaculi testimonij, eosq; sacerdoti tradet. Et sacerdos ex vno faciet hostiam pro peccato, ex altero holocaustum, expiabitq; eum coram DOMI-

DOMINO à fluxu suo.

Vir cui dormien- Pollutio noctur-  
ti semen effluerit, na.  
is totam carnem suam aqua lauabit, &  
immundus erit vsq; ad vesperam. Et  
omnis vestis atq; pellis, quæ tali semine  
polluta est, aqua lauabitur & immunda  
erit vsq; ad vesperam. Et si talis dor-  
mierit cum vxore, vterq; se aqua laua-  
bit, & immundus erit vsq; ad vesperam.

Mulier quæ labo- Fluxus mulieris.  
rat fluxu sanguinis,  
septem diebus separatim viuet. Qui te-  
tigerit eam, immundus erit vsq; ad ve-  
esperam. Et omne in quo iacuerit tem-  
pore separationis suæ, & in quo sede-  
rit erit immundum. Et qui tetigerit  
stratum eius, lauabit vestimenta sua &  
se aquis abluet, & erit immundus vsq;  
ad vesperam. Et qui tetigerit aliquid  
in quo illa sedit, lauabit vestes suas &  
se aquis abluet, & erit immundus vsq;  
ad vesperam. Ac si maritus dormierit  
cum ea, & ipsa cœperit laborare fluxu,  
is septem diebus immundus erit, & stra-  
tum in quo iacuerit immundum erit.

Si autem mulier Fluxus diutur-  
longo tempore fluxu nus.  
F 4 sanguis



sanguinis laborauerit, non solum vfitato, sed inusitato tempore, immunda erit donec fluxus durabit, sicut tempore separationis suæ, ita tunc quoq; immunda erit. Omne stratum, in quo iacuerit toto tempore fluxus sui, erit sicut stratum separationis suæ. Et omne cui infederit, erit immundum non aliter quam immunditia separationis suæ. Qui tale aliquid tetigerit, immundus erit, & vestes suas lauabit, & se aquis abluet, & immundus erit vsq; ad vesperam.

Si autem munda-  
ta fuerit à suo fluxu,  
numerabit septem dies, & postea munda erit. Et die octauo tollet duos turtures aut duos pullos columbæ, & hos afferet ad sacerdotem ante ostium tabernaculi testimonij. Et sacerdos ex vno faciet hostiam pro peccato, ex altero holocaustum, & expiabit ipsam coram DOMINO ab immundicie fluxus sui.

Mundatæ oblatio.

Hoc modo commonefacietis filios Israël de sua immundicie, ne in sua immundicie moriantur, si contaminauerint tabernaculū meum quod inter vos est.

Hæc

Hæc est lex de eo qui laborat fluxu, & de eo cui dormienti semen effluxerit, quo polluitur, Et de ea quæ fluxum sanguinis patitur. Denicq; de omni fluxu quo vir aut foemina laborat, & de eo qui cum immunda dormierit.

## CAPVT XVI.

## Argumentum.

*QVEM AD MODVM in purificatione leprosi uno passere mactato, alter illius sanguine tinctus liberabatur: Ita duobus hircis oblati pro peccatis populi alter sacrificabatur, alter mittebatur. Hæc typum gerunt Christi Domini tollentis peccata mundi, sic tamen ut duo hirci non de duabus personis intelligantur, sed de duabus naturis. Cum enim per unum hircum adumbrari commode non posset tam mortalitas, quam immortalitas Christi Domini, ( Nam hircus mortalis est solum ) necessario duo mandati sunt, ut ille qui mactabatur carnis passibilem naturam præfiguraret, qui vero soluebatur diuinitatis indicaret naturam impassibilem, Theodoretis questione 22. in Leviticum.*

**E**T locutus est **DOMINVS** ad Mo-  
sen ( post mortem duorum filio-  
rum Aharonis, qui coram **DOMINO**  
sacrificauerant ) & dixit, Dic fratri  
tuo Aharoni, ne quouis tempore veni-  
at in sanctuarium, quod est intra ve-  
lum prætensum propiciatorio, quo te-  
gitur arca, vt non moriatur, quia in  
nubẽ apparebo su-  
per propiciatorium.  
Sed his rebus ( in-  
structus ) veniet, iu-  
uenco, qui fiat ho-  
stia pro peccato, &  
ariete qui sit holo-  
caustum. Tunicam  
lineam sanctam in-  
duet, & subligacula  
linea applicabit car-  
ni suæ, & lineo cin-  
gulo sese cinget, & pileum lineum ca-  
piti suo imponet. Hæ enim sunt sacræ  
vestes, Et carnem suam aqua abluet,  
priusquam his induatur. Accipiet et-  
iam à cœtu filiorum Israël duos hir-  
cos caprarum pro peccato, & vnum a-  
rietem pro holocausto.

Et Aharon adducet iuuenicum pro  
suo

Constat ex hoc  
loco, quod Deus  
peculiarem sui præ-  
sentiam exhibebat  
in propiciatorio, su-  
amque bonitatem  
demonstrabat, non  
in caligine, fumo &  
igne, sicuti populo  
Israël, sed in nube  
perlucida cõspicie-  
batur, Theodoretus  
quæstione 22. in  
Leuiticum.

suo peccato, vt placationem faciat pro  
 se & pro domo sua. Deinde accipiet  
 duos hircos, eosq; sistet coram D O  
 M I N O ante ostium tabernaculi testi  
 monij. Et sortes mit- Sorte iubetur ex  
 tet super duos hir- duobus hircis eli  
 • cos, quarum vna erit gi, qui offeratur  
 pro D O M I N O, alte- Domino.  
 ra pro hirco libero & soluto. Et hir-  
 cum quidem, super quem fors D O M I N I  
 ceciderit, offeret pro peccato. Alterum  
 vero hircum, super quem fors liberta-  
 tis ceciderit, viuum coram D O M I N O  
 sistet, vt per eum placationem faciat,  
 & emittat liberum hircum in desertum.  
 Tunc offeret iuuenicum sui peccati, &  
 placationem pro se & pro sua domo  
 faciet, & maestabit eum.

Et accipiet thuribulum refertum ig-  
 nitis carbonibus de altari, quod est co-  
 ram D O M I N O, & manum plenam in-  
 censo aromatico contuso, & importa-  
 bit intra velum, & ponet incensum co-  
 ram D O M I N O super ignem, vt nebu-  
 la excitata ab incenso propiciatorium  
 tegat, quod impositum est testimonio,  
 ne moriatur. Accipiet deinde de san-  
 guine iuuenici, & digito suo sparget ver-  
 sus pro-

fus propiciatorium in parte anteriori, Septies sparget sanguinem digito suo coram propiciatorio.

Postea mactabit hircum, qui est hostia pro peccato populi, & sanguinem eius importabit intra velum, & idem de hoc sanguine faciet, quod de sanguine iuueni fecit, & eum sparget versus anteriorem partem propiciatorij. Et hoc modo expiabit sanctuarium ab immunditijs filiorum Israël, & à transgressionibus ipsorum in omnibus peccatis eorum. Sic faciet tabernaculo testimonij, quia im-

mundi sunt, qui in circuitu eius habitant.

Augustin. Tract. 84. in Ioannē: Dicere se sine peccato esse, iustum non potest exhibere, sed

fingere. Vnus est enim solus, qui & carnem hominis habere, & peccatum potuit non habere. Idem Psal. 42. Da operam vt sis iustus, & quantumcunque fueris, confitere te peccatorem esse, & spera in Domino, non in te. Quid enim es in te? quid es de te? Ille sit sanitas in te, qui accipit vulnera propter te. Hæc verba clare affirmant reatum non esse iustum propter opera, sed fide.

Nemo vero hominum sit in tabernaculo testimonij, dum ille ingreditur ad expiandum in sanctuario, donec iterum egre-

egrediatur, & hoc modo faciet placationem pro se, & pro domo sua, & pro vniuersa multitudine Israël. Et egressus ad altare, quod est coram DOMINO, expiabit ipsum, & accipiet de sanguine iuueni & de sanguine hirci, & ponet super cornua altaris per circuitum. Et digito suo septies de sanguine ipsum asperget, atq; ita mundabit & sanctificabit ipsum ab immunditijs filiorum Israël.

Postquam autem finem imposuerit expiationi sanctuarij & tabernaculi testimonij & altaris, adducet hircum viuum, & imponet Aharon vtranq; manum suã capiti eius,

& confitebitur super ipsum omnes iniquitates filiorum Israël, & omnes transgressiones ipsorum in

Hæc verba morem publicum describunt, in quo voce summi sacerdotis tota Ecclesia fitebatur se reã esse.

omnibus peccatis eorum, & imponet ea capiti hirci, emittetq; eum per manum viri qui in promptu est in desertum, vt hircus ille omnes iniquitates ipsorum importet in vastam solitudinem, & emittat eum in desertum.

Et ingrediatur Aharon in tabernaculum

culum testimonij, & exuet lineas vestes, quas induerat cum ingrederetur in sanctuarium, atq; ibi relinquet eas. Et carnem suam aqua abluet in loco sancto, & suas vestes induet. Et egressus faciet suum holocaustum & populi holocaustum, & faciet tam pro se quam pro populo placationem, & adipem hostiæ pro peccato in altari inflammabit. Qui vero liberum hircum eduxit, lauabit vestes suas & carnem suam aqua abluet, & postea in castra veniet.

Iuencum pro peccato & hircum pro peccato, quorum sanguis expiationis causa in sanctuarium infertur, exportabit (aliquis) extra castra, & igne comburet, vnâ cum pellibus, carne & stercore ipsorum. Et is qui comburit ea, lauabit vestes suas, & carnem suam aqua abluet, & postea veniet in castra.

Erit & hic ritus inter vos perpetuus. Decimo die mensis septimi affligetis animas vestras, & nullum opus facietis tam indigena quàm peregrinus, qui vobiscum versatur. Nâ

Festum expiationis quorannis decimo die septimi mensis celebratum est, quo vnico die mandauit Deus ieiunium seruari.

eo die

eo die fit placatio pro vobis, vt fiatis mundi, & ab omnibus peccatis vestris coram D O M I N O mundi fitis. Ideo vobis erit celeberrimum sabbatum, & affligetis animas vestras. Ritus hic erit perpetuus.

- Faciet autem talem placationem sacerdos, qui vnctus est, & cuius manus impleta est, vt sacerdotio fungatur pro patre suo, & induet lineas vestes, videlicet sanctas vestes, atq; ita expiabit sanctum sanctorum, & tabernaculum testimonij, & altare, & sacerdotes & vniuersam congregationem populi. Hic ritus erit inter vos perpetuus, quo expiabitis filios Israël ab omnibus peccatis eorum semel quotannis. Et fecit Moses sicut præceperat ei D O M I N V S.

Sicut semel in anno pontifex ingreditur in sancta sanctorum sacrificium istud peragebat: ita

Dominus Christus vbi semel passionem salutarem pertulit, ascendit in cœlum æterna redemptione inuenta, vt Ebraeos 9. scribitur.

## C A P V T X V I I .

Argumentum.

P R I O R



*PRIOR* lex de certo loco sacrificiorum euertit plurima idola omnium temporum. Non enim Deus ad ullam rem alligandus est, ad quam se non alligauit suo verbo. *ALTERA* lex de sanguine tradita est Nohe Gen. 9. & multò vetustior est Moyse & circumcissione, fuitq; huic præcepto addita prohibitio homicidij. Quare propemodum sanguinis esum sic abominabantur Iudei, ut eadem ipsam. Cur autem apostoli Act. 15. cessante politia Mosaica, hunc ritum reituerint & imposuerint gentibus, suo loco explicari solet.

## T E X T V S.

**E**T locutus est **DOMINVS** ad Mo-  
sen dicens, Loquere ad Aharon &  
ad filios eius, & ad omnes filios Israël,  
& dic eis, Hoc est quod præcepit **DO-**  
**MINVS**. Quicumq; de domo Israël bo-  
uem, aut agnum, aut capram mactat in  
castris vel extra castra, nec adducit ad  
ostium tabernaculi testimonij, vt sacri-  
ficetur **DOMINO** coram habitatione  
**DOMINI**, is reus erit sanguinis perin-  
de ac si sanguinem effudisset, & talis ho-  
mo exterminabitur ex populo suo.

Ideo

Ideo filij Israël volentes in libero campo sacrificare, adducent sacrificia sua ad **D O M I N V M**, videlicet ante ostium tabernaculi testimonij ad sacerdotem, atq; ibi sacrificabunt hostias suas pacificas. Et sacerdos spargere debet sanguinem super altare **D O M I N I**, quod est ante ostium tabernaculi testimonij, & adipem inflammare vt sit odor suavis **D O M I N O**. Nequaquam vero deinceps sacrificabunt dæmonibus, cum quibus fornicantur. Hoc erit ius perpetuū in posteritate ipsorum. Quare dices ad eos: Quicumq; siue ex domo Israël, siue peregrinus, qui inter vos versatur, vult offerre sacrificium aut holocaustum, nec id adducit ante ostium tabernaculi testimonij, vt **D O M I N O** faciat, exterminabitur ex populo suo.

Quicumq; siue ex domo Israël, siue peregrinus inter vos, vllum sanguinem comederit, contra illum ponam faciem meam, & è medio populi sui exterminabo eum. Nam anima carnis est in sanguine, quem ego dedi vobis ad altare ad faciendam placationem pro anima-

Ratio legis.

G

bus ve-

bus vestris. Etenim sanguis est placatio pro vita. Ideo dixi filijs Israël, Nulla anima inter vos sanguine vesceatur, ac ne peregrinus quidem qui inter vos versatur.

Quicumq; siue ex domo Israël, siue peregrinus inter vos, ceperit in venatione bestiam aut volucrem, quæ comeditur, effundat sanguinem eius & terra eundem obruat. Nam carnis vita est in sanguine, donec vivit, & ego dixi filijs Israël, non comedetis vllius carnis sanguinem, quia vita carnis est in sanguine. Quisquis comederit eum exterminabitur. Omnis quoque anima quæ comederit cadauer aut laceratum à bestia, siue sit indigena siue peregrinus, lauabit vestem suam, & sese aqua abluet, & erit immundus vsq; ad vesperam & tunc erit mundus. Si autem vestes suas non lauerit, nec carnem suam abluerit, reus erit iniquitatis suæ.

## CAPVT XVIII.

Argumentum.

*OMNIBVS hominibus hoc caput notissimum*

rissimum sit, in quo recitantur persone, quas non licet coniungi. Prohibet autem vox diuina commixtionem in omnibus gradib. consanguinitatis in linea recta, & in collateralibus in primo & secundo gradu in linea inaequali, hoc est, ne frater ducat sororem, nec nepos ducat amitam aut materteram, nec neptis nubat patruo aut auunculo. Ac intelligatur textus de gradibus, non tantum de personis, ut Iudei nugantur. Caterum lex diuina non prohibet connubia in secundo gradu in linea equali, hoc est, duorum fratrum liberis concedit coniugium. De affinitate etiam intelligi debet prohibitio perpetua in linea recta, hoc est, inter vitricum, priuignam, filiam priuignae, & sic deinceps. In lateribus prohibentur primi gradus connubia, ne quis ducat nulum, ne mater nubat genero. Adduntur & secundi gradus lineae inaequalis persone. Hec summa est prohibitionis diuinae, quae cum sit naturalis & moralis, ad omnes gentes pertinet, nec ullius creature dispensationem admittit, quia Deus hanc reuerentiam cognati sanguinis in natura sanxit, ne fiant commixtiones cum proximis, & horribiliter punit incestas libidines, ut hoc loco de Cananeis dicitur, & exempla poenarum Oedipi et Aegyptiorum regum iram Dei ostendunt. Postea

*qui gradus probabili ratione additi in Ecclesijs recte instituti seruentur, considerandum est.*

## TEXTVS.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen dicens, Loquere ad filios Israë-  
& dic eis, Ego sum DOMINVS Deus  
vester, Non facietis  
secundum opera ter-  
ræ Aegypti, in qua  
habitastis, nec facie-  
tis secundum opera  
terræ Canaan, in  
quam vos introdu-  
cam, neque legibus  
ipsorū obtempera-  
bitis, sed secundum  
mea iura facietis, &  
meas leges observa-  
bitis, vt in eis ambu-  
letis. Ego enim sum  
DOMINVS Deus  
vester. Ideo obser-  
uabitis mea iura &  
meas leges, quas si  
fecerit homo viuet  
in eis. Ego enim sum

Cyprianus lib. 2.  
epist. 3. Non homi-  
nis consuetudinem  
sequi oportet, sed  
Dei veritatem. Et  
in epistola ad Pom-  
peium: Nec con-  
suetudo, quæ apud  
quosdam irrepserat  
impedire debet, quo-  
minus veritas præ-  
ualeat & vincat.  
Nam cōsuetudo si-  
ne veritate vetustas  
erroris est. Propter  
quod relicto errore  
sequamur veritatē.

Ambrosius enar-  
rans caput 2. ad  
Rom. Qui sunt fa-  
ctores legis? Qui  
credunt in Chri-  
stum. Nam finis le-  
DOMI-

DOMINVS.

gis est Christus &  
lex fide stabilitur.

Nemo ad coniun-  
ctam sanguine acce-  
dat, vt partes ipsius  
tegendas retegat. E-  
go enim sum DOMINVS.

Gradus prohibi-  
ti ratione consan-  
guinitatis.

• Nuditatem patris tui & matris tuæ  
non reteges. Mater enim tua est, ideo  
nuditatem eius non reteges.

Nuditatem vxoris patris tui non re-  
teges, quia est nuditas patris tui.

Nuditatem sororis tuæ, quæ est filia  
patris tui aut matris tuæ, siue domi, si-  
ue foris nata sit, non reteges.

Nuditatem filij tui aut neptis tuæ  
non reteges, quia nuditas tua est.

Nuditatem filiæ vxoris patris tui,  
quæ procreata est à patre tuo, & tua  
soror est, non reteges.

Nuditatem sororis patris tui non  
reteges, quia patri tuo consanguinita-  
te propinqua est.

Nuditatem sororis matris tuæ non  
reteges, quia matri tuæ consanguinita-  
te propinqua est.

Nuditatem patru-  
tui non reteges du-  
cendo vxorem ipsi-

Gradus prohibi-  
ti ratione affinita-  
tis.

G 3

us, quia

us, quia affinis tua est.

Nuditatem nurus tuæ non reteges, quia est vxor filij tui. Ideo nuditatẽ ipsius non reteges.

Nuditatem vxoris fratris tui non reteges, quia est nuditas fratris tui.

Nuditatem vxoris & filiæ eius non reteges, neq; duces filiam filij eius aut filiam filiæ eius, vt nuditatẽ eius retegas, quia est ipsi consanguinitate propinqua, & est scelus.

Non duces sororem vxoris tuæ, vt nuditatẽ ipsius retegas, vt ipsi ægre facias dum adhuc viuit.

Ad vxorem quoq; dum separata est propter immundiciẽ suam non accedes vt nuditatẽ ipsius retegas.

Non concumbes cum vxore proximi tui, vt eam semine contamines.

Non dabis semen tuum Molech vt traducatur ( per ignẽ ) vt non prophanes nomen DOMINI Dei tui. Ego enim sum DOMINVS.

Moloch idolum  
Ammonitarum, 3.  
Reg. 11.

Non dormies cum masculo sicut cū muliere, quia est abominatio.

Non dormies cum vlllo iumento, vt cum co

cum eo contamineris, nec mulier cum pecude commiscebitur, quia abominatio est.

Non polluemini vlla re tali. Nam his omnibus contaminarunt se gentes, quas ego coram vobis eijciam, Et quoniam terra his contaminata est, visitabo iniquitatem eius, vt terra euomat incolas suos. Ideo obseruate leges meas & statuta mea, nec facite vllam talem

abominationem tam indigena quam peregrinus inter vos. Nam omnes huiusmodi abominationes fecerunt gentes huius terræ, quæ ante vos fuerunt, & terram contaminarunt, ne vos etiam terra euomat, si pollueritis eam, sicut gentes euomuit, quæ ante vos fuerunt. Nam omnis anima, quæ fecerit has abo-

Textus expresse dicit Chananzos puniri propter incestas libidines. Ergo etiam aliis gentibus extra politiam Moyfi prohibita sunt incestæ libidines.

Cic. 2. Catil. Terra lætari mihi videtur, quod tantam pestem euomerit, forasque proiecerit.

De similib. idem est iudicium.

Deus cum sit mens casta & seuerissime præcipiat ca-



minationes, exterminabitur ex populo suo. Quare obseruate leges meas, ne faciatis secundum abominandam consuetudinē quæ ante vos fuit ne polluamini ea. Ego enim sum DOMINVS Deus vester.

stilitatem, horribiliter irascitur prohibitis libidinibus.

## CAPVT XIX.

### Argumentum.

*ET SI in hoc capite totus Decalogus repetitur & illustratur: tamen hæc quatuor leges imprimis considerentur, quæ sunt humanitatis plenissima, Prima de spicislegio relinquendo pro pauperibus. Altera de obliuione iniuriarum. Nihil enim humanius est quàm omnem memoriam iniuriarum obliuione sempiterna delere. Tertia de officijs erga peregrinos. Quarta de equalitate seruanda in contractibus, quam Deus sanxit, vt iusta communicatione rerum genus humanum conseruetur, & intelligamus Deum esse iustum, id est, equalem iuxta regulam quam proposuit.*

### TEXTVS.

Et lo-

**E**T locutus est **D**OMINVS ad Mo-  
sen dicens, Loquere ad vniuersum  
cœtum filiorum Israël, & dic ad eos,  
Estote sancti, quia ego sum sanctus **D**O  
**M**INVS Deus vester.

Vnusquisque timeat  
patrem suum & ma-  
trem suam.

Obseruate mea  
sabbata, quia ego  
sum **D**OMINVS De-  
us vester. Non con-

uerfi eritis ad idola, neq; deos suos  
vobis facietis. Ego enim sum **D**O  
**M**INVS Deus vester.

Quando voletis **D**OMINO offerre  
hostias pacificas, sic offeretis, vt ipsi  
acceptæ sint.

Eodem die, quo offertis, comedetis  
eas & postero die. Quicquid autem re-  
liquū fuerit vsq; ad tertium diem, igne  
comburetur. Quod si quis tertio die de  
eis comederit, abominatio erit, & non  
erit acceptus, & epulo ille portabit su-  
am iniquitatem, quod sanctum **D**O  
**M**INI violauit, & talis anima extermina-  
bitur ex populo suo.

Cum segetes ter-

G 5

Cicero post redi-  
tum ad Quirites:  
Parentes charissi-  
mos habere debe-  
mus, quod ab iis  
nobis vita, patri-  
monium, libertas,  
ciuitas tradita est.

Spicilegia relin-  
ræ tuæ

ræ tuæ messueris, nõ quenda pro paupe-  
demetes ea quæ sunt ribus.

in angulis, nec spicilegium exercebis.  
Sic vineam tuam non racemabis, nec  
delapsa grana accurate colliges, sed hæc  
pauperi & peregrino relinques. Ego  
enim sum **D O M I N V S** Deus vester.

Non furtum facietis, nec mentiemini  
nec dolose cum proximo agetis. Nõ  
iurabitis vane per nomen meum, nec  
prophanabis nomen Dei tui. Ego enim  
sum **D O M I N V S** Deus tuus.

Non defraudabis Duobus modis,  
proximum, nec vi aut vi aut fraude,  
spoliabis eum. Mer- fit iniuria, Cic. 1.  
ces debita pro labo- de Offi.  
re non manebit apud te vsq; ad matur-  
tinum tempus.

Non maledices surdo. Non pones  
cæco offendiculum, sed timebis **D O M I N V M**  
Deum tuum, quia ego sum **D O M I N V S**.

Non iniuste facies in iudicio, nec sub-  
leuabis pauperem, nec magnũ honore  
afficies, sed iuste iudicabis proximũ tuũ.

Non sis calumniator in populo tuo,  
nec stabis contra sanguinẽ proximi tui,  
quia ego sum **D O M I N V S**.

Non

Non oderis in corde tuo fratrem tuum, sed proximum tuum argue, ne propter ipsum reus fias peccati.

Non sis vindictæ cupidus, nec iræ tenax aduersus filios populi tui.

Diliges proximū tuum sicut teipsum, quia ego sum D O M I N U S .

non premas eum, vt tua existimatio crescat, non decerpas de eius facultatibus, vt tuas cumules, denique nulla in re quaras *πλεονεκτήματα*, sed ames æqualitatem, tribuas proximo ea, quæ tibi tribuenda esse iudicas.

Statuta mea obseruate. Non fines iumentum tuū cum bestijs diuersi generis commisceri, Nec in agro tuo diuersa femina sparges, Nec vestem indues ex lana & lino contextā.

Si vir dormierit cum muliere, & ei semen communicarit, quæ ancilla est, & à viro deformata quidem, sed non liberata, nec manumissa, id factum punietur,

Nominatim de ciuibus dicitur, vt significet ppter cōmunem concordiam multas iniurias dissimulandas esse.

Sit æqualitas inter te & proximū, non augeas tua cōmoda cum illius incommodo,

Vult Deus conseruari distinctionē specierum, vt sit illustre testimonium, hunc mundum non extitisse casu, sed aliquam sapientem causam esse huius perpetui ordinis.

tur, sed non morientur, quia non fuit libera. Adducet autem pro delicto suo ad DOMINVM ante ostium tabernaculi testimonij arietem, qui sit hostia pro delicto. Et sacerdos expiabit eum per arietem, qui est pro delicto coram DOMINO, propter peccatum quod commisit, & remittetur ei peccatum, quod perpetravit.

Quando veneritis in terram, & varias arbores plantaueritis, ex quibus fructus ad vescendum decerpuntur, circumcidetis præputium earum vnà cum fructibus. Tribus annis erunt incircumcisæ, nec fructibus earum vescemini. Anno autem quarto omnes earum fructus sancti & Deo laudati erunt. Anno denique quinto comedetis fructus & colligetis. Ego enim sum DOMINVS Deus vester.

Laudati, id est, dedicati & quasi consecrati.

Nihil cum sanguine comedetis. Nô obseruabitis auguria, nec dies eligetis. Non tondebitis capillos capitis vestri forma circulari,

Iudicium Dei de augurandi ratione, quod Deut. 18. atrocibus verbis repetitur.

nec bar-

nec barbam vestram omnino abrade-  
tis.

Non imprimetis vestigium corpori  
vestro propter mortuum, nec litera-  
rum formas in vobis exarabitis, quia  
ego sum D O M I N V S.

Non assuefacies filias tuas ad scorta-  
tionem, ne terra scortatione polluat, &  
& sceleribus redundet.

Sabbata mea obseruate, & sanctua-  
rium meum reuerenter habete, quia  
ego sum D O M I N V S.

Non conuersi eritis ad diuinatores,  
nec in consilium adhibebitis incanta-  
tores, ne eorum conuersatione pollua-  
mini, quia ego sum D O M I N V S Deus  
vester.

Cano capiti assur-  
ge, & senes reueren-  
ter habe, quia time-  
bis D O M I N V M De-  
um tuum, cum ego  
sim D O M I N V S.

Si peregrinus te-  
cum in terra vestra  
versabitur, hunc nō  
affliges. Habitabit  
vobiscum sicut indi-

Pericles in ora-  
tione funebri apud  
Thucydidem lib. 2.  
Sola dulcedo glo-  
riæ non senescit,  
nec, vt quidam a-  
iunt, in senectâ lu-  
crari magis dele-  
ctat, quam honore  
affici.

Lex humanissima  
de officiis erga pe-  
regrinos.

gena,

gena, & diliges eam sicut teipsum, quia & vos peregrini fuistis in Aegypto. Ego sum DOMINVS Deus vester.

Aut sumus, aut fuimus, aut possumus esse quod hic est.

Nolite violare æqualitatem in iudicio, in vlna, in pondere & in mensura.

Contractuū approbatio.

Iusta libra, iustum pondus, iustus medimnus, iustus cantharus sit apud vos. Ego enim sum DOMINVS Deus vester, qui eduxit vos ex Aegypto, vt omnia mea statuta, & omnia mea iura obseruetis & faciatis, quia ego sum DOMINVS.

## CAPVT XX.

Argumentum.

*MANIFESTVM est leges contemni ubi nulla sunt pœnarum exempla. Quare in hoc capite Deus magistratui præcipit, vt sit vigilans custos diuine legis, & seueritate pœnarum coherceat & puniat contumaces. Hec officia sunt grata Deo, & salutaria gubernatoribus & populo. Contra vero Deus irascitur negligentie gubernatorum, qui atrocissima scelera non puniunt, nec fontes è medio tollunt.*

TEX-

LEVITICI. IOI  
TEXTVS.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mo-  
sen dicens, Loquere ad filios Israël :  
Quicumq; ex filijs Israël, aut peregrin-  
us habitans inter  
Israëlitas, semen su- Semen significat  
um dederit Molech, liberos.  
morte morietur, & à populo terræ la-  
pidibus obruetur. Et ego ponam faci-  
em meam contra talem hominem, &  
exterminabo eum ex populo suo, quia  
semen suum dedit Molech, & sanctua-  
rium meum polluit, & nomen meum  
sanctum prophanauit.

Ac si populus ter-  
ræ negligentior fue-  
rit in puniendo eo,  
qui semen suum de-  
dit Molech, nec in-  
terfecerit eum, ego  
tamen contra illum  
hominem faciē me-  
am ponam & contra  
familiam eius, & ip-  
sum vnā cum omni-  
bus qui ipsius exem-  
plum imitati sunt ex  
populo delebo.

Certissimum est  
Deum punire atro-  
cia scēlera, etiam  
cum cessant magi-  
stratus, quia iusti-  
cia Dei immota est,  
& hanc regulam  
semper tuetur, Di-  
ligentem iniquita-  
tem odit anima ip-  
sius. Præterea ne-  
gligentia magistratuum in puniendis  
scelerib. magis ir-  
ritat irā Dei, atque  
ita pœnæ in genere  
humano cumulan-  
tur.



tur, vt apparet in historia tribus Benjamin, quæ pene funditus deleta est, quia stuprum vxoris leuitæ punire noluit.

Si anima conuer-  
sa fuerit ad diuina-  
tores aut ad incan-

Seuerissima pro-  
hibitio diuinatio-  
nis Diabolicæ.

tatores, vt cum eis fornicetur, ponam  
faciem meam contra animam illam, &  
delebo eam de populo suo. Ideo sancti-

ficare vos & estote  
sancti, quia ego sum  
D O M I N V S Deus  
vester, & obseruate  
mea statuta & facite  
ea. Ego enim sum  
D O M I N V S qui vos  
sanctificat.

August. Psal. 84.  
Audebo ego dice-  
re, quoniam sanctus sum? Si sanctus tanquam sanctificans, & nullo sanctificante indigens, superbus & mendax sum, si autem sanctus sancti-

ficatus, dicat vnusquisque fidelium, sanctus sum. Non est ista superbia elati, sed confessio non ingrati. Si enim dixeris te sanctum esse ex te, superbus es, Rursus fidelis in Christo, & membrum Christi, si te non dixeris esse sanctum, ingratus es. Itaque nec superbus sis, nec ingratus.

Maledicens patri suo aut matri suæ  
morte moriatur. Sanguis eius sit super  
eum, quia maledixit patri suo & matri  
suæ.

Si quis adulterium

Pœna adulteri-  
commi-

commiserit cum vxore alterius, vterque interficiatur, adulter & adultera.

Si quis dormierit cum vxore patris sui, & nuditatem patris sui reuelauerit, vterque interficiatur, sanguis eorum sit super eos.

Catalogus ince-  
starum libidinum.

Si quis dormierit cum nuru sua, vterque interficiatur, quia scelus perpetrarunt, Sanguis eorum sit super eos.

Si quis cum masculino dormierit tanquam cum muliere, hi fecerunt abominationem, & ambo interficiantur, Sanguis eorum sit super eos.

Si quis ducit vxorem & matrem eius, scelus perpetravit, igne comburantur tam ille quam istæ, ne sit scelus inter vos.

Si quis dormierit cum iumento, morte moriatur, & iumentum interficiatur.

Si mulier applicauerit se ad iumentum vt cum eo consuetudinem habeat, hanc interficies vnà cū iumento. Morte morientur, Sanguis eorum sit super eos.

Si quis ducit sororem suam filiam patris sui aut matris suæ, & viderit nuditatem

H

ditatem

ditatem eius, & ipsa vicissim conspexerit nuditatem illius, hic est incestus, & delebuntur coram hominibus populi sui, quia reuelauit nuditatem sororis suæ, portabit iniquitatem suam.

Si quis dormierit cum vxore tempore menstrui fluxus, & reuelauerit nuditatem eius, & retexerit fontem eius, & ipsa retexerit fontem sanguinis sui, vterq; deleatur ex populo suo.

De hac lege supra dictum est cap. 15.

Nuditatem amitæ & materteræ tuæ non retegēs. Talis enim retexit necessitudine sanguinis coniunctam, & portabunt iniquitatem suam.

Qui dormierit cum vxore patruī sui, is nuditatem patruī sui reuelauit, Iniquitatem suam portabunt & sine liberis morientur.

Qui duxerit vxorem fratris sui, atroci scelere se polluit, quia nuditatem fratris sui reuelauit, Sine liberis morientur.

Obseruate igitur omnia statuta mea & omnia iura mea, & facite ea, ne terra vos euomat, in quam vos introduco, vt

ⲡⲁⲓⲣⲓⲟⲥ ad seruandam legem.

co, vt

co, vt eam incolatis. Nolite ambulare secundum statuta gentium, quas coram vobis expellam. Hæc enim omnia fecerunt, & ego abominatus sum eas.

Vobis autem dico, vos possidebitis terram illorum. Ego enim assignabo vobis terram hæreditariam manantem lacte & melle. Ego sum DOMINVS Deus vester, qui vos à reliquis populis segregauit, vt & vos segregetis iumenta munda ab immundis, & aues mundas ab immundis, & non contaminetis animas vestras iumentis, aui- bus, & omnibus reptilibus terræ, quæ ego segregavi vobis, vt sint immunda. Ideo eritis mihi sancti, quia ego DOMINVS sum sanctus, qui segregavi vos à reliquis populis, vt essetis mei.

Vir aut mulier, in quibus est spiritus pythonicus aut incantatio, interficiantur, & faxis obruantur. Sanguis eorum sit super eos.

## CAPVT XXI.

Argumentum.

H 2

DE-

DESCRIPtio summi sacerdotis in hoc capite proposita primum ad Christum accomodetur. Est enim Christus sacerdos immaculatus, qui peccatum non nouit, & tamen factus est pro nobis peccatum, ut nos efficere-  
mur iusticia Dei per eum. Deinde transferatur hæc imago ad eam sententiam, de qua Paulus loquitur, Episcopus non sit reus alicuius criminis, quod iudicio humano vere accusari potest. Etsi enim nemo potest vitare ob-  
tredationes & calumnias: tamen prestandum est ut & conscientia sit sine labe, & fama sit integra apud honestiores recte iudicantes.

## T E X T V S.

ET dixit D O M I N V S ad Mosen, Lo-  
quere ad sacerdotes filios Aharon,  
& dic eis, Non contaminet se sacerdos  
propter mortuum populi sui, nisi pro-  
pter consanguineum, qui proximo gra-  
du ipsi coniunctus est, ut verbi causa,  
propter patrem suum, aut matrem su-  
am, propter filium suum, aut propter  
filiam suam, propter fratrem suum, aut  
propter sororem suam, quæ adhuc vir-  
go est, & in domo ipsius versatur, &  
nulli viro nupta fuit. Propter hanc  
enim

enim poterit se inquinare. Alioqui nullius causa, etiamsi cum eo coniunctus sit, se inquinabit aut prophanabit.

Nec vero capillos capitis sui in orbem abradet, nec barbam tondebit, & carni suæ nullam notam imprimet.

- Sancti erunt Deo suo, nec prophanabunt nomen Dei sui, quia offerunt sacrificia DOMINI, panem Dei sui. Ideo sancti erunt.

Nullam meretricem aut violatam ducent, aut à marito repudiatam, quia est sanctus Deo suo. Itaq; sanctificabis eum, quia offert panem Dei tui. Erit tibi sanctus. Nam ego sum sanctus DOMINVS, qui vos sanctificat.

Quando cœperit  
filia sacerdotis scortari, igne comburatur, quia patrem suum deformauit.

Omne animi vitium tanto conspectius in se  
Crimé habet quanto maior qui peccat habetur.

Qui est summus sacerdos inter fratres suos, in cuius caput oleum vnctionis effusum, & cuius manus impleta est, & indutus vestibus, is non nudabit caput suum, nec scindet vestimenta sua, Nec veniet ad vllum mortuum, nec propter patrem aut

matrem se contaminabit. Ex sanctuario non egredietur, ne prophanet sanctuarium Dei sui, quia corona olei vntionis Dei sui est super eum. Ego sum **DOMINVS**.

Virginem ducet vxorem, viduam vero, aut repudiatam, aut violatam, aut scortum non ducet, sed virginem sui populi, ne semen suum prophanet in populo suo. Ego enim sum **DOMINVS** sanctificans eum.

Et locutus est **DOMINVS** ad Mo-  
sen dicens, Loquere ad Aharon & dic  
ei: Quicumq; de semine tuo in familia  
vestra habuerit defectum aliquem, non  
accedat vt offerat panem Deo suo.  
Nullus enim habens defectum aliquem  
accedet, siue sit cæcus, siue claudus, si-  
ue deformem nasum habeat, siue mem-  
brũ superans vsitatam magnitudinem,  
aut in pede vel manu debilitatus, aut  
gibbosus, aut lippus, aut habens macu-  
lam in oculo, aut laborans scabie sicca  
vel humida, aut herniosus.

Omnis ergo habens defectum de se-  
mine Aharon sacerdotis, non accedat  
vt offerat sacrificia **DOMINI**, quia de-  
fectum habet. Ideo ad panes Dei sui  
non

non accedet vt eos offerat. Et tamen vescetur pane Dei sui tam de sancto quàm de sacratissimo. Sed ad velum non veniet, nec ad altare accedet, quia defectus in eo est, ne prophanet sanctuarium meum. Ego enim sum D O M I N U S sanctificans eos. Et Moses locutus est ad Aharon & ad filios eius, & ad cunctos filios Israël.

## C A P V T XXII.

## Argumentum.

*QVEM ADMODVM in proximo capite docuit Moyses qui sacerdotes non sint ad sacrificandum accommodati: Ita nunc docet quibus concessum sit vesci rebus consecratis. Requirit autem tantam mundiciem in sacerdotibus, ne partes victimarum ab immundis contrectate fastidiantur. Deinde disserit de qualitate victime, quam vult esse integram, non morbidam, nec mutilatam, ut significetur innocentia agni immaculati, cuius sanguine Ecclesia redempta est.*

## T E X T V S.



**L**ocutusq; est D O M I N V S ad Mosen  
 dicens, Loquere ad Aharon & ad  
 filios eius, vt abstineant à sanctis filio-  
 rum Israël, quæ mihi sanctificant, nec  
 nomen sanctum meum prophanent,  
 quia ego sum D O M I N V S. Dic ergo  
 eis & posteris eorum. Quicumq; de se-  
 mine vestro accesserit ad sancta, quæ  
 sanctificant filij Israël D O M I N O, cir-  
 cumferens in se immundiciem, huius  
 anima delebitur coram facie mea. Ego  
 enim sum D O M I N V S.

Quicumq; de semine Aharon lepro-  
 sus est, aut fluxu laborat, is non come-  
 dat de sanctis, donec mundetur. Qui  
 immundum corpus tetigerit, aut cui  
 dormienti semen effluit, aut contrecta-  
 rit reptile immundum aut hominem  
 immundum, & quicquid ipsum inqui-  
 nare potest, quacumq; anima horum  
 aliquid attigerit, immunda erit vsque  
 ad vesperam, nec comedet de sanctis,  
 sed prius corpus suum aqua abluet.  
 Postquam vero sol occiderit, & ipse  
 mundus fuerit, comedet de sanctis,  
 quia alimentum ipsius est. Cadauer aut  
 laceratum à bestijs non comedet, ne  
 polluatur, quia ego sum D O M I N V S.

Ideo

Ideo leges meas custodient, ne peccato  
fese onerent, & ob id moriantur quod  
fese prophanauerint. Ego enim sum  
D O M I N V S sanctificans eos.

Nullus extraneus comedet sanctum,  
nec sacerdotis inquilinus aut mercena-  
rius. Si autem sacerdos pecunia emerit  
animam, is comedet de eo, & quicquid  
in domo eius nascitur, etiam poterit  
vesci pane eius. Quod si filia sacerdo-  
tis nuptui data fuerit extraneo, non  
comedet de sancta leuatione. Sin au-  
tem filia sacerdotis fuerit vidua, aut à  
marito repudiata, nec habet semen, &  
redierit in domum paternam, comedet  
de pane patris sui perinde quasi adhuc  
virgo esset. Sed nullus extraneus ve-  
scetur eo.

Ac si quis per ignorantiam comedit  
sanctum, is addet illi quintam partem,  
& dabit sacerdoti vnà cum sancto, ne  
prophanent sanctum filiorum Israël,  
quod ipsi D O M I N O leuant, ne se one-  
rent iniquitate & delicto, dum come-  
dunt sancta illorum, quia ego D O M I -  
N V S sanctifico eos.

Et locutus est D O M I N V S ad Moſen  
dicens, Loquere ad Aharon & ad filios  
H 5 eius,

eius, & dic eis: Quicumq; de domo Israël aut peregrinus in Israël voluerit offerre oblationem, siue sit voto concepta, siue spontanea, vt fiat holocaustum DOMINO acceptum, ea sit masculus integer de bobus, aut agnis aut capris. Quicquid habet defectum, non offeretis, quia non erit acceptum.

Et quicumq; voluerit DOMINO offerre hostiam pacificam, siue sit singulari voto concepta, siue spontanea, de bobus aut ouibus, ea sit integra, vt sit accepta. Nullum defectum habeat. Si cæcum est aut debilitatum, aut percussum, aut macie confectum, aut laborans scabie sicca vel humida, huiusmodi non offeretis DOMINO, nec inde sacrificium dabitur super altare DOMINI.

Bouem aut ouem, in quo membrum aliquod aut superat iustam magnitudinem, aut eam non adæquat, poteris sponte offerre, sed voti nomine non placebit. Nec vero compressum aut contusum aut eneruatum aut exectum offeres, neq; facietis in terra vestra. Sed neq; de manu extranei huiusmodi aliquid offeres vnâ cum pane Dei vestri,

stri, quia non est huic rei accommodatum & habet defectum, ideoque non erit vestro nomine acceptum.

Et locutus est D O M I N V S ad Mo-  
sen dicens, Cum natus fuerit bos, aut  
ouis, aut capra, septem diebus mane-  
bit apud matrem suam, & octauo die  
ac deinceps poterit offerri D O M I N O,  
& placebit. Bouem & ouem vnà cum  
fœtu suo non mactabitis eodem die.

Quoties autem vultis D O M I N O of-  
ferre hostiam laudis, quæ sit vestro no-  
mine accepta, eodem die comedetis  
eam, nec vllas reliquias afferuabitis  
vsque ad matutinum tempus, quia ego  
sum D O M I N V S. Ideo seruate man-  
data mea & facite ea. Nam ego sum  
D O M I N V S, ne prophanetis sanctum  
nomen meum, & ego sanctificer in-  
ter filios Israël. Ego enim sum D O-  
M I N V S sanctificans vos, qui eduxi vos  
ex Aegypto, vt essem vester Deus, Ego  
D O M I N V S.

## C A P V T X X I I I.

Argumentum.

C E R

CERTVM est veterem ritum maclationis agni non solum fuisse signum admonens de præterita liberatione, sed etiam de futura, & de agno, id est, de victima, per quam vera & æterna liberatio donanda erat. Ideo & Paulus confert vetus pascha cum Christo inquit, Pascha nostrum immolatus est Christus. Deinde Pentecoste vetus fuit commonefactio de promulgatione legis & de constitutione sacerdotij & politie. Est autem inter res maximas in genere humano illa patefactio Dei, facta, cum legem coelesti voce edidit in monte Sinai, audientibus sexcentis millibus virorum. Porro festum tubarum haud dubie est imago ministerij prædicantis in nomine Christi pœnitentiam & remissionem peccatorum, ut Esaias cap. 58. inquit, Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Quale autem ieiunium Deus requirat, propheta in eodem capite docet, videlicet veram contritionem, fidem, tolerantiam in cruce, beneficentiam erga pauperes. Postquam igitur sonitu tuba vocati, & ieiunio, de quo propheta loquitur, preparati sumus, integrum nobis est celebrare festum tabernaculorum, de quo Zacharia ultimo vox diuina seuerissime precipit, Omnes gentes adorabunt regem Dominum exercituum, & celebrabunt festum tabernaculorum.

tabernaculorum. Et erit qui non ascenderit de familijs terra in Ierusalem, ut adoret regem Dominum exercituum, non erit super eos imber. Non autem loquitur Zacharias de umbris ceremoniarum, sed de aternis tabernaculis, in que caput nostrum filius Dei ingressus est, & paulò post sua membra introducet. Hac spe confirmati audiamus clangorem tubarum, & ieiunemus non ut hypocrita, simulantes toruitatem, sed agentes poenitentiam, & perseuerantes in timore, fide, spe & patientia, quod si faciemus, re ipsa experiemur veram esse concionem Pauli 2. Cor. 5. Scimus quod destructo terreno tabernaculo, habituri simus edificationem ex Deo, domum videlicet non manu factam, sed aternam in caelis. Hanc allegoriam esse analogam fidei omnes pijs & docti in Ecclesia intelligunt.

## T E X T V S.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mosen dicens, Loquere ad filios Israël & dic eis, Hæc sunt festa DOMINI, quæ nominabitis sancta & mea festa, in quibus conuenietis. Sex diebus facias operas, Septimus autem dies est sabbatū ma-  
Sabbatum.  
gnum

gnum sanctum, in quo conuenietis. Nullum opus in eo facietis. Est enim sabbatum DOMINI in omnibus habitationibus vestris.

Hæc autem sunt festa DOMINI, quæ nominabitis sancta festa, & in quibus conuenietis. Quar-  
to decimo die men-

Pascha.

sis primi ad vesperam Pascha DOMINI est. Et quinto decimo die eiusdem mensis est festum azymorum DOMINI, Septem diebus panes infermentatos comedetis. Primus dies sanctus inter vos vocabitur, in quo conuenietis, & nullas operas seruales facietis, & sacrificabitis DOMINO septem diebus. Septimus dies etiam

Seruiles operæ dicuntur, quæ impediunt ministerium & publicam congregationem.

sanctus vocabitur, in quo conuenietis, nec vllas seruiles operas facietis.

Et locutus est DOMINVS ad Moſen dicens, Loquere ad filios Israëſ & dic eis, Cum veneritis in terram, quam vobis attribuam, & miseritis falcem in messem, manipulum primitiarum messis vestræ ad sacerdotem afferetis. Ibi manipulus ventilabitur coram DOMINO, vt

no, vt vestro nomine acceptus sit. Hoc autem faciet sacerdos altero die post sabbatum. Et eodem die quo ventilatur manipulus, facietis DOMINO holocaustam de agno integro & anniculo vnâ cum oblatione, quæ fiet ex duabus decimis similæ oleo permixtis, vt sit sacrificium DOMINO fragrantissimi odoris. Præterea libatio continebit quartam partē Hin.

Nec vero panem nouum nec aristas leniter ad ignem vstulatas, nec fruges comedetis ante illum diem, quo Deo vestro oblationem offertis. Hoc erit ius apud posteritatem vestram in omnibus habitationibus vestris.

Log sextarius fere. Hin duodecim log, id est, sextarii duodecim, seu duodecim Attici.

Postea numerabitis ab altero die post sabbatum, quo manipulum ventilationis attulistis, septem integra sabbata vsque ad postridianum diem septimi sabbati, videlicet quinquaginta dies numerabitis & offeretis nouam obla-

Pentecoste.

Sabbatum *κατὰ τὴν ἑβδομάδα* significat totam hebdomadam, vt Lucæ 18. Ieiuno bis in Sabbato.

latio-



lationem D O M I N O. Et offeretis ex habitationibus vestris, videlicet duos panes ventilationis factos ex duabus decimis similæ & admixto fermento coctos, vt sint primitiæ D O M I N O. Offeretis etiam cum panibus septem agnos anniculos integros, & vnum iuuenicum & duos arietes. Hæc erunt D O M I N I holocaustum, oblatio & libatio. Hæc, inquam, erunt sacrificia suauis odore recreantia D O M I N V M.

Deinde facietis hircum caprarum hostiam pro peccato, & duos agnos anniculos hostiam pacificam. Et ventilabit ea sacerdos cum panibus primitiarum coram D O M I N O, supra duos agnos, eruntq; hæc sancta D O M I N I sacerdotis. Et præconium facietis de hoc die, quia inter vos sanctus appellabitur, quo conuenietis, nec vllas seruiles operas facietis. Hoc ius erit perpetuum apud posteritatem vestram in omnibus habitationibus vestris.

Cum autem segetes terræ tuæ mesueris, non demetes ea quæ sunt in angulis, nec spicilegium exercebis, sed hæc pauperi & pere-

grino  
Deus benigno

grino relinques. Ego enim sum **D O M I N U S** Deus vester. complectitur miser-  
ras personas, siue  
vt vulgo dicitur,  
Est procurator pau-  
perum.

Et locutus est **D O M I N U S** ad Moſen

dicens, Loquere ad filios Iſraël & dic

- eis: Primo die mensis ſeptimi ſabbatum ſanctum clangoris memoriae cauſa obſeruabitis, vt conueniatis, nec o-

Festum Tubarū,  
quod cap.29. Num.  
copioſius describi-  
tur.

peras ſeruiles facietis, & **D O M I N O** ſacrificabitis.

Et **D O M I N U S** locutus eſt cum Moſe

dicens, Decimo die mensis ſeptimi

Festum expiationis.

eſt dies expiationis.

Iſ erit vobis ſanctus, vt conueniatis, & animas veſtras affligatis & ſacrificetis

**D O M I N O**. Nullas operas eo die facietis, quia eſt dies expiationis, vt fiat propitiatio pro vobis coram **D O M I N O**

Deo veſtro. Qui enim non afflixerit (ieiunio) animam ſuam illo die, iſ

exterminabitur ex populo ſuo, Et qui eodem die operas fecerit, hunc ego delebo de populo ſuo. Ideo nullas operas

facietis. Hoc erit ius perpetuum apud

I poſteri-

posteritatem vestram in omnibus habitationibus vestris. Est sabbatum vestrum magnum, in quo affligetis animas vestras. Nono die mensis (septimi) ad vesperam obseruabitis hoc sabbatum, à vespera vsq; ad sequentem vesperam.

Et **DOMINVS** locutus est cum Mo-  
se dicens, Loquere ad filios Israël &  
dic eis: Die quinto  
decimo huius septi- Festum taberna-  
mi mensis est festum culorum.

tabernaculorum per septem dies **DOMINO**. Primus dies sanctus vocabitur, vt conueniatis. Nullum opus seruile facietis. Septem diebus sacrificabitis **DOMINO**. Octauus dies etiam sanctus vocabitur, vt conueniatis, & sacrificia vestra **DOMINO** offeratis, quia est dies congregationis. Nullum opus seruile facietis.

Hæc sunt festa **DOMINI**, quæ à vobis sancta nominabuntur & in quibus conuenietis, & **DOMINO** sacrificabitis, holocausta, oblationem, libationem & alta sacrificia vnumquodq; suo die, exceptis sabbatis **DOMINI**, & vestris donis & votis vestris, & spontaneis

neis vestris donationibus, quas D O M I N O datis.

Celebrabitis ergo die quinto decimo septimi mensis, postquam prouentum terræ collegistis, festum D O M I N I totos dies septem. Primus dies est sabbatum, & octauus etiam est sabbatum. Et primo die decerpatis fructus de pulchris arboribus, frondes palmarum, & ramos arborum densarum, & salices torrentis, & septem diebus lætabimini coram D O M I N O Deo vestro, & sic D O M I N O quotannis celebrabitis festum septem diebus. Hoc erit ius perpetuum apud posteros vestros, vt septimo die festum celebrent. Septem diebus habitabitis in tabernaculis. Qui indigena est in Israël habitabit in tabernaculis, vt poste-  
 Ratio festi.  
 ri vestri sciant, quod in tabernaculis fecerim habitare filios Israël post educationem ex Aegypto. Ego sum D O M I N V S Deus vester. Et Moses locutus est ad filios Israël de festis D O M I N I.

## CAPVT XXIIII.

## Argumentum.

IN hoc capite due sunt leges memorabiles, vna de alendis sacerdotibus, altera de poena blasphemie. Iubet Deus collocari duodecim panes novos in altari singulis sabbatis. Nec vnquam licebat relinqui vacuum altare. Voluit enim Deus ostendere sibi curae esse, vt sacerdotum familie victum necessarium haberent. Ideo voluit in conspectu esse panes ante venturam septimanam. Iussit autem singulos panes fieri ex quinta parte Ephraim, id est, medimni. Iam cum medimni precium sit drachmae quinq;, singuli panes valebunt singulis drachmis. Et cum ad vsum domesticum sacerdos habuerit tales panes duodecim, id est, panes pro duodecim drachmis, mediocris familia diebus septem inde alii poterat, cum panes haberet pro integro Ioachimico & dimidio. Altera lex manifeste praecipit blasphemos tolli è medio. Sic Paulus inquit, Lex posita est impijs & prophanis, quibus appellationibus etiam blasphemos complectitur. Et quia politia Mosaica optima idea & forma est politiae in hoc natura deprauatae statu, prudentibus gubernatoribus vtile est hanc formam considerare. Leges Ethnica in duobus rebus fuerunt negligentiores, in puniendis blasphemis

blasphemis, & prohibendis vagis libidinibus.  
*At lex diuina grauissimas pœnas constituit  
 in cultores idolorum, in blasphemos, impios do-  
 ctiores. Item in pollutos vagis libidinibus. Vo-  
 luntas igitur Dei de his delictis in lege diui-  
 na à sapientibus gubernatoribus consideran-  
 da est.*

## T E X T V S.

**L**ocutusq; est **DOMINVS** ad Mo-  
 sen dicens, Præcipe filijs Israël, vt  
 ad te afferant oleum oliuæ purum &  
 contusum pro luminari, quod semper  
 infundatur in lampadem extra velum  
 testimonij in tabernaculo testimonij.  
 Et Aharon instruet (lampadem) ma-  
 ne & vesperi coram **DOMINO** quoti-  
 die. Hoc ius erit perpetuum in posteri-  
 tate vestra. Instruet autem lampadem  
 in candelabro puro coram **DOMINO**  
 semper.

Et accipies simi-  
 lam, & pinses ex ea  
 duodecim placetas,  
 quarum vnaquæque

Singuli panes ha-  
 bebant quintâ par-  
 tem Ephî, id est,  
 medimni Attici.

duas habebit decimas, & pones eas du-  
 plici serie, ita videlicet, vt vnâ serie  
 sex panes occupent in mensa pura coram

ram DOMINO, & super eos pones thus purum, vt sint panes ad recordationem & ad sacrificium DOMINO. Singulis sabbatis perpetuo collocabit eos coram DOMINO, à filijs Israël (oblatos) fœdere perpetuo. Et erunt Aharonis & filiorum eius, qui comedent eosdem in loco sancto. Nam hoc est ei sacratissimum de sacrificijs DOMINI iure perpetuo.

Egrediebatur autem Israëliticæ mulieris filius, qui erat filius viri Aegyptij inter filios Israël, & rixabatur in castris cum quodam viro Israëlitico, & blasphemabat nomen (DOMINI) & maledicebat, & adduxerunt eum ad Mosen (Mater vero eius vocabatur Selomith, filia Dibri de tribu Dan) & coniecerunt eum in carcerem, donec certum responsum à DOMINO acciperent.

Et locutus est DOMINVS ad Mosen dicens: Educ maledicum ex castris, & imponāt omnes qui audierunt manus suas capiti eius, & tota

Lex de pœna blasphemii. Huius legis ratio est, quia magistratus debet esse custos vtriusque tabulæ, quod ad externam disciplinam attinet. Vt igitur prohibere de-  
multitu-

multitudo saxis eum  
obruat. Et dic filijs  
Israël, Quicumq; ma-  
ledixerit Deo suo,  
portabit peccatū su-  
um. Et qui blasphemauerit nomen D O  
M I N I morte morie-

tur, & tota multitudo lapidibus eum  
obruet, siue sit indigena siue peregrin-  
us, si blasphemauerit nomen ( D O  
M I N I ) interficietur.

Qui percusserit ani-  
mam hominis, mor-  
te moriatur. Qui  
autem pecudem per-  
cusserit repēdet cor-  
pus pro corpore. Et  
qui damnum dederit

proximo suo, sicut fecit, sic fiet ei, dam-  
num pro damno, oculus pro oculo,  
dentem pro dente, Sicut læsit homi-  
nem, ita vicissim lædetur. Qui ergo  
pecudem percusserit damnum compen-  
sabit. Qui autem percusserit hominem,  
interficietur. Vnum ius inter vos erit  
pertinens ad indigenam & peregrinū.  
Ego enim sum D O M I N U S Deus vester.

bet magistratus cæ-  
des, vagas libidi-  
nes, furta & alias  
iniurias: Sic cura-  
re debet vt tollan-  
tur idola, blasphe-  
miæ, & impia do-  
gmata, & populus  
recte doceatur de  
Deo.

Pœna talionis est  
ordinatio diuina,  
quam Deus regula-  
riter seruat, etiam  
si humana iudicia  
eam negligant, aut  
homines eam non  
considerent.



Et retulit hæc Moses ad filios Israël, & eduxerunt maledicum ex castris & lapidarunt eum. Fecerunt itaq; filij Israël sicut præceperat DOMINVS Mosi.

## CAPVT XXV.

### Argumentum.

*PRÆCIPVVS locus huius capituli est lex de anno Iubileo, cuius tres fuerunt fines præcipui, vnus Astronomicus, alter Politicus, tertius Allegoricus. Nam obseruatio anni quinquagesimi, quem Iubileum vocabant, valde illustris fuit, quia ad colligendos annos & centenarios commodior numeratio est per quinquagesimum, & ad memoriam firmior, quàm aliæ partes centenarij. Deinde anno Iubileo addita erant beneficia politica utilia ad conseruationem illius honestæ politiæ, quibus cauebatur, ne ex nidulis suis prorsus eicerentur homines honesti, nec solum pauperibus consuluit Deus restitutione fundorum, sed etiam restrinxit mutuaciones & venditiones. Non poterant fundos prorsus transferre homines prodigi. Erant igitur pauciores emtores. Nec multi dabant mutuo, cum fœnus accipere à ciuibus non liceret. Postremo no-*  
rant

*rant pi inchoari verum Iubileum in hac vita fide, spe & bona conscientia, & futurum integrum in aeterna consuetudine cum Deo, ubi prorsus liberi erimus à peccato, à morte & omnibus miserijs. Sic enim Esaias cap. 61. interpretatur typum anni Iubilei, de liberatione donata per filium Dei.*

## T E X T V S.

**E**T locutus est D O M I N V S ad Mosen in monte Sinai dicens, Loquere ad filios Israël & dic eis, Quando veneritis in terram, quam ego vobis attribuam, quiescet terra & celebrabit sabbatum D O M I N O. Sex annis conseres agrum tuum, & totidem annis putabis vineam tuam, & colliges fructum eius. Anno autem septimo terra magnum sabbatum celebrabit D O M I N O, quo nec agrum tuum conseres, nec vineam tuam putabis.

Lex de anno septimo erat exercitium fidei & dilectionis erga proximum.

Consentaneum est ex hoc numero annorum dictū Eliæ sumtum esse: Sex millia mundus & postea erit destructio. Hinc existimant cōsecris sex millibus annorum,  
I 5                    dein-

deinceps in septenario initium fore illius æterni sabbati, in quo hæc natura sine cibo & potu & generatione viuet nouo modo, coram fruens conspectu Dei. Nam illa noua & illustris noticia & glorificatio Dei erit vera sabbati celebratio.

Quicquid autē sponte nascitur post messem tuam, non metes, & vuas sine labore tuo natas non colliges, quia annus sabbati terræ est. Ideo autem sabbatum terræ celebrabitis, vt inde comedas non solum tu, sed etiam seruus tuus, ancilla tua, mercenarius tuus, inquilinus tuus, peregrinus tuus, iumentum tuum & bestia terræ tuæ. Omnes fructus erunt tibi.

Numerabis quoque tibi septem sabbata annorum, septem scilicet annos septies numeratos, & tempus septem sabbatorum efficiat summam nouem & quadraginta annorum, quibus circumactis buccinarum cantus ex-

Lex de Iubileo.  
Hæc lex habuit probabilem rationem. Quia Deus in hac politia seruari voluit discrimina familiarum, vt certo sciretur stirps Messia. Voluit & ceteras familias seruari florentes. Ideo restitutio fundorum ordinata est.

audietur per vniuersam terram die decimo mensis septimi, qui est dies expiationis. Et sanctificabitis annum quinquage-

quagesimum, & appellabitis annum libertatis, quæ pertinet ad omnes incolas terræ. Est enim Iubileus vester, quo vnusquisq; vestrum redibit ad suam possessionem & ad suam familiã. Nam quinquagesimus annus est vester Iubileus. Non seretis, nec metetis fructus sponte natos, nec vvas sine labore vestro provenientes colligetis. Nam Iubileus inter vos sanctus erit. Comeditis autem fructus terræ. Hic est Iubileus, quo vnusquisq; ad suas facultates redit.

Si igitur vendideris aliquid proximo tuo, aut aliquid ab eo emeris, nemo fratrem suum defraudet. Iuxta numerum annorum à Iubileo emes ab eo, & iuxta numerum annorũ prouentuumq; vendet tibi. Iuxta multitudinem annorum augebis precium, & iuxta paucitatem annorum minues precium, quia numerum prouentuum vendit tibi. Nemo igitur defraudet proximum suum, sed

Voluit Deus hac ordinatione auaris & prodigis frenos iniicere. Auari minus emebant, quia reddere fundos cogebantur. Prodigii difficilius inueniebant emtores.

Non tantũ propter nostram transigent

time D O M I N V M Deum tuum. Ego enim sum D O M I N V S Deus tuus.

quillitatem seruanda est æqualitas in contractibus, sed multo magis propter Deum. Ideo vult nos amare iusticiam, vt de sua iusticia nos admoneat. Docet iusticiam æqualitatem esse, vt se quoque sciamus æqualem esse, non tyrannum, non acceptatorem personarum, quod cogitare profecto magna pietas & consolatio est, sicut docet Paulus. Idem Deus diues in omnes qui inuocant eum. Amemus ergo hanc in contractibus diuinam ordinationem, & sciamus in eis proposita esse exempla commonefacientia nos de Deo.

Ideo facite statuta mea, & iura mea obseruate, vt faciatis ea, vt in terra sine metu habitetis. Nam terra dabit vobis fructus suos, vt habeatis victum ad saturitatem, & sine metu eam incolatis.

Sed dicetis fortasse, quid comedemus anno septimo? Non enim serimus, nec prouentum colligimus. Ego benedictioni meæ præcipiam anno sexto, vt gignat prouentum trium annorum. Seretis octauo anno, & veteri frumento vescemini vsq; ad nonum annum, donec creuerint fruges eius, comederis vetus frumentum. Ideo terrã non vendetis

Occupatio necessaria, qua obuiam  
itur humane diffi-  
dentiæ.

Occupatio necessaria, qua obuiam  
itur humane diffi-  
dentiæ.

Idem Deus diues in omnes qui inuocant eum. Amemus ergo hanc in contractibus diuinam ordinationem, & sciamus in eis proposita esse exempla commonefacientia nos de Deo.

detis in perpetuum. Terra enim mea est, & vos peregrini & inquilini coram me. Et in tota terra vestra facietis potestatem redimendi.

*Lex magis est domina nostrarum rerū quam nos ipsi.*

Si frater tuus ad inopiam redactus vendiderit tibi possessionem suam, & propinquus eius venerit qui habet ius redimendi, redimet rem à fratre venditam. Si quis autem non habuerit redemptorem, & tantum poterit manu sua comparare, ut partem redimat, numerabuntur anni ab

eo tempore, quo venditio facta est, & quod reliquum est reddetur emtori, sic-

*Fructus fundorū computabuntur in sortem vsque ad annum quinquagesimum.*

que reuertetur ad possessionem suam. Si autem manu sua non poterit tantum comparare, ut partem redimat, manebit res vendita in potestate emtoris vsq; ad Iubileum, quo omnia bona vendita ad veteres dominos redibunt.

Si quis vendiderit domum intra muros ciuitatis, habebit ius redimendi annuo spacio. Hoc erit tempus præfinitum redemptioni. Si autem non redemerit ante exitum anni integri, emtor

perpe-

perpetuo eam retinebit & posteritas eius, nec anno Iubileo ad veterem dominum redibit. Si autem fuerit domus in villa, quæ non est muro cinctæ, eodem loco habebitur quo agri, & redimi poterit, & in Iubileo redibit ad veterem dominum.

Ciuitates leuitarum & domus earum, in quibus sunt facultates ipsorum, semper redimi poterunt à leuitis. Et si quis emerit à leuitis, is anno iubileo rem venditam reddet siue sit domus, siue ciuitas. Nam domus in vrbibus leuitarum sunt possessiones eorum inter filios Israël. Ager vero suburbanus non vendetur, quia est propria possessio ipsorum perpetuo.

Si frater tuus ad inopiam redactus & exhaustus fuerit, sustentabis eum tanquam peregrinum & inquilinum, vt tecum viuat. Non accipies ab eo vsuram aut iniustū precium, sed timebis **DOMINVM** Deum tuum, vt frater tuus possit tecum viuere. Non enim dabis ei

Privilegia sacerdotum.

Lex prohibens vsuras valet partim propter auctoritatē legislatoris, quia Deo mandanti hanc æqualitatem obediendum est, partim pecuni-

pecuniam tuam ad usuram, nec res ad victum necessarias iniusto precio ei communicabis. Ego enim sum **D O M I N U S**

propter probabiles rationes, quia terra est Dei, non nostra, & homines pii sunt filii & serui Dei, qui certe non sunt violandi.

- Deus vester, qui eduxi vos ex Aegypto, ut assignarem vobis terram Chanaan, & essem vester Deus.

Si frater tuus ad inopiam redactus se

Lex de conditione seruorum.

tibi vendiderit, non habebis eum loco mancipij, sed tanquam mercenarius & inquilinus tecum versabitur, & vsq; ad iubileum tibi seruiet, quo egredietur ipse vna cum liberis suis, & reuertetur ad familiam suam & ad possessionem patrum suorum. Sunt enim serui mei, quos eduxi ex Aegypto. Ideo non vendentur tanquam mancipia. Non dominaberis eis summa seueritate, sed timebis **D O M I N U M** Deum tuum.

Si autem vis habere seruos & ancillas, ut sint mancipia, emes eos à vicinis gentibus, quæ sunt in circuitu vestro, & ab inquilinis, qui peregrinantur inter vos, & à posteris eorum, quos procreant inter vos in terra vestra. Hi erunt



erunt vestra mancipia, & hæreditario iure transmittentur ad posteros, ac possidebitis eos perpetuo. Fratribus autem vestris, qui sunt filij Israël non dominabimini duriter.

Si peregrinus aut inquilinus apud te diuitijs auctus fuerit, & frater tuus iuxta eum exhaustus vendiderit sese peregrino aut inquilino, aut alicui in familia illius, potestatem habebit post venditionem sese redimendi. Ac poterit aliquis fratrum ipsum redimere: aut patruus aut patruus filius, aut alioqui consanguinitate propinquus in familia sua, aut si tantum manu sua comparare potest, seipsum redimet. Et rationes conferet cum emtore suo ab eo anno quo venditus est, vsq; ad iubileum, & pecunia iuxta numerum annorum venditionis suæ cõputabitur perinde quasi interea fuisset mercenarius. Si adhuc multi fuerint anni, pro rata illorum parte augebit precium redemptionis. Si autem pauci anni reliqui fuerint vsq; ad iubileum, pro rata parte illorum soluet precium redemptionis, sic tamen vt merces laborum in sortem computetur. Nec permittes, vt te spe-  
ctante

stante ſauitiam domini experiatur .  
 Si autem hac ratione ſe non redemerit,  
 anno iubileo liberegredietur non ſo-  
 lum ipſe, ſed etiam liberi eius. Nam fi-  
 lij Iſraël ſunt mei ſerui, quos ex Aegy-  
 pto eduxi. Ego ſum D O M I N V S Deus  
 vester.

Non facietis vobis idola, nec ſcul-  
 ptam imaginem, nec ſtatuam erigētis  
 vobis, nec lapidem ingenioſe fabrefa-  
 ctum ponētis in terra veſtra, vt coram  
 eo adoretis. Ego enim ſum D O M I -  
 N V S Deus veſter. Obſeruate mea ſab-  
 bata, & ſanctuarium meum reuerenter  
 habete. Ego ſum D O M I N V S.

## C A P V T X X V I .

### Argumentum.

*CERTISSIMUM eſt promiſſiones legis  
 conditionales eſſe, & poſtulare impletionem  
 legis ſine peccato. Vt igitur nobis proſint,  
 qui nequaquam legi diuinae ſatisfacimus, ne-  
 ceſſe eſt nos fide propter mediatorem gratis à  
 Deo recipi & iuſtos reputari, quod cum fit  
 etiam inchoata obedientia quamuis imperfe-  
 cta Deo placet, & ornatur premijs corporali-  
 bus &*

*bus & spiritualibus. Deinde comminationes legis intelligantur cum exceptione pœnitentiæ, sicut Deus ipse eas interpretatur in hoc capite & Deuteronomij 30. Semper enim Deus in ira misericordiæ recordatur, quoties ad thronum gratiæ confugimus, & non solum remittit culpam & pœnam eternam, sed etiam mitigat pœnas in hac mortali vita, ut ostendit exemplum Niniuitarum & alia innumerabilia.*

## T E X T V S.

**S**I in statutis meis Promissiones legales.  
 ambulaueritis, & præcepta mea custodieritis & feceritis, dabo vobis pluuiam tempestiuam, & terra dabit prouentum suum, & arbores campi gignent fructus suos. Et durabit trituratio vsq; ad vindemiam, & vindemia vsq; ad sationem, & pane saturabimini, & sine metu habitabitis in terra vestra. Ego pacem dabo in terra vestra, ut dormiatis, nec quisquam vobis terrorem incutiat. Ego malas bestias remouebo ex terra vestra, nec gladius peragrabit terram vestram.

Hostes vestros persequemini, & ruent in gladium vobis spectantibus, Et quinq;

quinque ex vobis persequentur centum,  
& centum decem millia, Nam hostes  
vestri vobis spectantibus ruent in gla-  
dium. Et ego respectum habebō ad vos,  
& perficiam vt crescatis & multiplice-  
mini, & fœdus meum vobis ratum erit.

- Et comedetis vetus quod inueteratum  
est, & veniente nouo remouebitis ve-  
tus. Ego domicili-  
um meum inter vos  
collocabo, & anima  
mea nō reijciet vos.  
Ego ambulabo inter  
vos, & ero Deus ve-  
ster, & vos eritis po-  
pulus meus. Nam

Dulcissima pro-  
missio discernens  
Ecclesiam ab aliis  
creaturis. Sola e-  
nim Ecclesia est tē-  
plum & domicili-  
um, in quo Deus  
vult habitare.

ego sum **DOMINVS** Deus vester, qui  
vos eduxi de terra Aegypti, ne essetis  
illorum serui, & fregi iugum vestrum,  
& humo excitatos celso & rectos con-  
stitui.

Si autem non ob-  
temperabitis mihi, Maledictiones le-  
gis.

nec facietis hæc præcepta omnia, &  
statuta mea contemnetis, & anima ve-  
stra repudiabit iura mea, nec facietis  
omnia mandata mea, & fœdus meum  
violabitis, sic vobis faciam. Ego visi-

tabo vos consternatione, tumore & feбри, vt facies vestræ contabescant, & corpus exhauriatur. Frustra semen vestrum spargetis, & hostes vestri ipsum vorabunt. Et ego ponam faciem meam contra vos, & cadetis coram hostibus vestris, & qui oderunt vos dominabuntur vobis, & fugietis nemine persequente.

Quod si his non mouebimini vt mihi obediatis, septuplo durius vos castigabo propter peccata vestra, vt frangam superbiam & pertinaciam vestrā. Et faciam vt cœlum vestrum sit ferreum, & terra vestra sit ænea. Et omnes labores vestri erunt inanes, nec terra dabit prouentum suum, nec arbores terra gignent fructus suos.

Et si contra me ambulaueritis & me audire nolueritis, septupla accessione augebo pœnas peccatorum vestrorum. Et immittam in vos feras bestias, quæ vorabunt sobolem vestram, & iumenta vestra lacerabunt, & numerum vestrum minuent, & vias vestras vastabunt.

Quod si ne hac quidem ratione flectemini ad meliores mores, sed contra me ambulaueritis, ego quoque contra vos am-

vos ambulabo , & septuplo durius vos percutiam propter peccata vestra , & gladium vindicem inducam super vos , qui vindicet fœdus meum . Et si congregati fueritis intra vrbes vestras , immittam luem in vos , & tradam vos in manus hostium . Tunc tollam commeatus vestros , & decem mulieres pinsent panes vestros in vno furno , & panis vester ad libram appendetur , & comedentes non saturabimini .

Quod si nec his permoti me audieritis , sed contra me ambulaueritis , ego quoq; in ira vobis occurram , & septies augebo molem pœnarum , quas peccata vestra merentur . Comedeteris carnem filiorum & filiarum vestrarum , & excelsa vestra delebo , & imagines vestras exterminabo , & cadauera vestra coniiciam super idola vestra , & anima mea fastidio quodam à vobis abalienabitur . Et vastabo ciuitates vestras , & diruam sanctuarium vestrum , nec suauitatem odoris vestri percipiam .

Sic igitur vastabo terram vestram , vt hostes vestri qui eam incolent velut attoniti obstupescant . Vos autem inter gentes dissipabo , & gladium vagina

vacuum post vos stringam, vt terra vestra sit vastata, & vrbes vestrae in solitudinem redactae. Tunc suauiter acquiescet terra in sabbatis suis, donec erit vasta, & vos eritis in terra hostili. Tunc celebrabit terra sabbatum, & delectabitur sabbatis suis, donec vasta erit, quia non poterat frui sabbato, cum vos eam incoheretis.

Sabbatum terrae.

Et reliquijs vestris dabo cor molle & effœminatum in terra hostili, vt sonitum folij cadentis

Cicero in Pisonem: Circumspectantem omnia, quicquid increpuit, ter pertimescentē.

tanquam gladium pertimescant, & in fugam vertantur nemine persequente. Et alij in alios irruent quasi coram gladio, nec tamen quisquam eos persequetur, nec audebitis vos opponere hostibus vestris, & peribitis inter gentes, & terra hostilis absumet vos.

Qui autem ex vobis superstites manserint, in sua iniquitate contabescunt in terra hostili, imo etiam in patrum suorum iniquitate contabescunt. Tunc consitebuntur iniquita-

Interpretatio tristissimarum comminationum.

tes su-

tes suas, & iniquitates patrum suorum, quibus me offenderunt, & aduersum me ambularunt. Quare & ego contra eos ambulabo, & introducam eos in terram hostilem. Ibi cor ipsorum incircumcisum humiliabitur, & approbabitur pœnam iniquitatis suæ.

Et ego recordabor fœderis mei constitutum Iacob, & fœderis mei cum Isaac, & fœderis mei cum Abraham, & recordabor terræ quæ ab ipsis deserta est, & gaudet sabbatis suis, quia vasta est, & ipsi pœnam iniquitatis suæ approbant, quia contemserunt iura mea, & anima ipsorum respuit statuta mea. Ac ut maxime sint in terra hostili, tamen non reieci eos, nec ita auerfor eos, ut omnino deleam eos, nec fœdus meum ratum esse debeat. Ego enim sum D O M I N U S Deus eorum. Et cogitans de ipsis recordabor fœderis mei primi, quando eduxi

eos ex Aegypto in conspectu vicinarum gentium, ut essem ipsorum Deus, Ego

Populus Israël tantis miraculis ex Aegypto eductus est, ut appareret rem diuinitus geri.

D O M I N U S.

Hæc sunt statuta, iura & leges, quas

K 4

D O M I-



DOMINVS sanxit inter se & filios Israël in monte Sinai per manum Mosi.

## CAPVT XXVII.

### Argumentum.

*LEGES de votis & de decimis pertinent ad preceptum de victu ministrorum, quod Paulus 1. Corinth. 9. confirmat multis exemplis, & allegoria Mosaica & mandato Christi. Cum autem queritur an decime sint iuris naturalis, recte respondent eruditi, Non quota, sed aliquota est iuris naturalis. Singuli enim aliquid ex suis facultatibus ad ministerium Euangelij & ad conseruationem studiorum conferre debent.*

### TEXTVS.

**E**T locutus est DOMINVS ad Mosē dicens, Loquere ad filios Israël & dic eis, Si quis singulare votum DOMINO facit, & corpus suum æstimat, hæc ratio erit æstimandi. Masculum viginti annorum vsq; ad annum ætatis sexagesimum, æstimabis quinquaginta argen-

Homo.

argenteis siclis iuxta siclum sanctuarij. Fœminam vero triginta siclis. A quinto anno vsq; ad vicesimum æstimabis eum viginti siclis, si masculus est, fœminam vero decem siclis. Ab vno mense vsq; ad annum quintum, æstimabis eum quinq; argenteis siclis, si est masculus, fœminam vero æstimabis tribus argenteis siclis. Si autem confecit annos ætatis sexaginta aut plures, æstimabis eum quindecim siclis, si est mas, fœminam vero decem siclis. Si autem tenuior fuerit hac æstimatione, sistet se coram sacerdote, & sacerdos æstimabit eum. Habebit autem in æstimando rationem facultatum eius, qui se voto obligauit.

Si autem est pe-                      Pecus.  
cus, quod offerri potest DOMINO, id omne quod datur DOMINO, est sanctum. Non mutabitur nec commutabitur bonum malo, aut malum bono. Si quis autem alterum altero commutauerit, vtrumque DOMINO sanctum erit. Si autem pecus est immundum nec potest offerri DOMINO, collocabitur in conspectu sacerdotis, & sacerdos æstimabit illud  
K 5                      bonum

bonum ne sit an malum, & sacerdotis æstimatio rata erit. Si quis autem vult illud redimere, addet æstimationi quintam partem.

Si quis domū suam sanctificat, vt sit sancta DOMINO, eam æstimabit sacerdos bona ne sit an mala, & sacerdotis æstimatio rata erit. Si autem is qui sanctificauit eam, volet eam redimere, addet quintam partem precij supra estimationem, & recuperabit eam.

Si quis agrū quem possidet DOMINO sanctificat, æstimabitur iuxta fertilitatem suam. Si reddit eorum hordei, quinquaginta siclis argenteis æstimabitur. Si consecrauerit agrum suum à iubileo, iusto precio æstimabitur. Si autem post annum iubileum sanctificauerit eum, æstimabit eum sacerdos pro rata parte annorum, qui adhuc restant vsq; ad iubileum, & precium eius minuet.

Si autem is qui sanctificauit agrum voluerit eundem redimere, quintam partem

Domus.

Ager.

Corus seu Homer continet decem medimnos Atticos.

partem precij addet æstimationi & recuperabit eum. Quod si noluerit agrum redimere, sed eum alteri vendiderit non habebit ius redemptionis, sed ager ille liberatus anno Iubileo sanctus erit DOMINO, sicut ager anathemate percussus, & erit possessio propria sacerdotis.

Si quis autem sanctificauerit agrum DOMINO quem emit, & qui non est pars hæreditatis suæ, supputabit ei sacerdos summam æstimationis vsq; ad annum iubileum, & dabit ille æstimationem in die illa quasi rem DOMINO consecratam. Anno autem iubileo redibit ad eum à quo emtus est, vt fit possessio eius in terra. Omnis æstimatio fiet iuxta siclum sanctuarij. Valet autem siclus viginti Gera.

Primogenita pecorum, quæ alioqui DOMINO debentur, nemo sanctificabit DOMINO, siue sit bos, siue ovis, quia est DOMINI. Si autem immunditia hæserit in iumento, redimetur iuxta æstimationem, & insuper addetur quinta pars precij. Si autem noluerit redimere, vendatur iusto precio.

Nihil anathemate

Anathema.

percus-

percussum vendatur aut redimatur; quod aliquis D O M I N O deuouit ex omnibus quæ habet, siue sit homo, siue iumentum, siue ager hæreditarius. Omne enim anathema est D O M I N O sanctissimum. Non redimetur homo anathemate percussus, sed morte morietur.


Omnes decimæ in                    Decimæ,  
terra, siue sint de semine terræ, siue de fructibus arborum, D O M I N I sunt, & D O M I N O consecrari debent. Si quis autem uolet decimas suas redimere, is quintam insuper addat. Et omnes decimæ bouum & ouium, & omnium gregum quæ baculo reguntur, decimæ sanctæ sunt D O M I N O. Non quæretur bonum ne an malum sit, nec commutabitur. Si quis autem commutauerit, utrunq; sanctum erit, nec redimetur.


Hæc sunt mandata quæ D O M I N V S præcepit per Mosen filijs  
Israël in monte  
Sinai.

F I N I S    L E -

V L T I C I .

T T O M -





ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ  
GRAMMATICA  
IN LEVITICVM.

CAPVT I.

Sacrificia aut sunt	ἱλαστικά	}	διαλλακτικὸν ὀλοκαυστῶν
			קָטֹב
	}	ἁπολυτρω- τικά	ὡσεὶ ἁμαρ- τίας קָטֹב
		}	ὡσεὶ πλημμε- λείας קָטֹב
εὐχαρισ- τικά	}		Oblatio δῶρον קָטֹב
		ἁποπλη- στικά	θυσία σωτηρίας קָטֹב קָטֹב
			θυσία αἰνέσε- ως קָטֹב קָטֹב

קָטֹב deducitur à verbo קָטֹב quod a-  
scendere significat. Idem P̄sal. 51. לֵלֵךְ  
vocatur, quasi totum combustum à לֵלֵךְ  
quod significat consummatum est.

קָטֹב à verbo קָטֹב quod quiescere sig-  
nificat, quia in altari positum velut in  
eo quiescit.

id est,



Υ Π Ο Μ Ν Η Μ Α Τ Α

זֶבַח שְׁלָמִים id est, sacrificium pacis, à שְׁלֹמֶה quæ vox pacem significat.

הַטָּמֵא à verbo הִטָּמָה quod est oblationem fecit pro peccato, vel expurgavit à peccato.

שָׁטָה significat delictum, peccatum, rem ream à verbo שָׁטָה deliquit. Vfus est hac voce Esaias cap. 53. Ponet animam suam שָׁטָה pro peccato.

זֶבַח תּוֹרָה à יָדָה id est, confessus est.

SACRIFICIUM.) קָרִיב Generalis appellatio est omnium quæ offeruntur, à verbo קָרַב appropinquavit. Inde הִקְרִיב effecit vt appropinquaret, hoc est, admovit seu obtulit. Hinc est קָרִיבָה Chaldaica forma vsurpatum in nouo testamento pro gazophylacio siue arario Ecclesiastico.

C A P. I I I.

A DORSO.) דַּרְסָה dici videtur dorsum, quod spina dorsi arboris speciem præ se ferat. Sunt enim costæ ramorum instar vtrinque expansæ.

C A P. V I.

GRAMMATIC A.

CRATICVLA.) Existimo מִקְרָבֶת dictum esse vsitata methatesi literarum quasi מִקְרָבֶת id est, impositum & equitans in altari.

C A P. V I I.

RETICVLVM IECORIS.) תִּתְרָה proprie significat abundantiam. Cur autem Hieronymus & Lutherus reddiderint reticulum, ex Vesalij loco intelligi potest, quem ascribam.

Quin & in humiliore iecoris sede, vbi portæ rami in suum caudicem coeunt, exiles arteriæ in iecoris corpus exporriguntur, ab ea diffusæ, quæ dextræ sedis inferioris membranæ omenti à magna arteria offertur. His omnibus vasis rubra mollisq; adnascitur substantia, nuper concreto sanguini quam simillima, nisi quod durior, & potissimum in iecoris gibbo cernatur, ab Erasistrato quod vasis his & propagini-bus circumfunditur *παρέγχυμα* nuncupata. Hæc substantia iecoris vasa continet & amplectendo suffulcit, &c.

C A P. X.

L

APPRO-

T P I O M N H M A T A

APPROPINQUAVERINT MIHI.)  
 Potest etiam hoc modo textus reddi:  
 In his qui mecum pugnare & mihi resi-  
 stere voluerint. Nam verbū קָרַב vtrun-  
 que significat, appropinquare & belli-  
 gerari, quia bellatores cominus cum  
 hoste congregiuntur.

RUMINAT.) גָּרַח Hanc vocem R.  
 Salomo deducit à גָּרַח fluxit, quod ru-  
 minatio fiat quasi quodam refluxu cibi.  
 Alij à גָּרַח traxit, quod ruminando re-  
 trahatur cibus.

C A P. X I I I.

RECALVASTER.) Differunt apud  
 Ebræos קָרַח & גָּרַח sicut apud Græcos  
*ἀραφαλαντίας* caluaster, & *ἀλλος* seu *ἀνα-  
 σίλλος* recaluaster. Etsi autem Aristote-  
 les negat homines posteriore capitis  
 parte caluescere: tamen vocabula sic  
 distinguuntur, vt caluaster sit cui ca-  
 pillus defluxerit in occipitio, recalu-  
 aster, cui coma sincipitis, vt arboribus  
 folia, deciderit.

C A P. X I I I I.

LOG.)

GRAMMATICA.

LOG. ) Log est minima mensura in aridis & liquidis continens sex oua gallinacea, estq; vicesima pars sati seu sextarius. Satum tertia pars Eph.

Decem mensuræ Eph. faciunt vnum Corum, quæ est maxima mensura apud Ebræos. Continet autem Corus decem medimnos Atticos. Ergo medimnus Atticus æquatur ferè mensuræ Eph.

C A P. X V I I.

DAEMONIBVS. )  $\text{רַיָּה}$  pilosus, Satyrus. Eadem voce vtitur Salomon cap. 23. in descriptione hominis inuidi. Nam cor inuidum & maleuolum est cloaca Diaboli.

C A P. X V I I I.

MOLCH. ) Moloch fuit statua ærea ad hunc modum fabrefacta, vt manibus porrectis impositum onus sustinere posset, & igne subiecto in parte caua vehementer incandesceret. In hac statua collocabant parentes furentes Idolomania suos liberos, & igne consumptos immolabant. Pulsabantur au-

tēm ab alijs tympana , ne aures hoc sonitu completæ clamorem liberorum exaudirent.

## C A P. X X I.

SUPERANS VSITATAM MAGNITVDINEM.)  $\gamma\upsilon\tau\omega$  &  $\omega\tau\kappa\eta$  habent contrarias significaciones. Nam  $\gamma\upsilon\tau\omega$  significat  $\sigma\upsilon\pi\epsilon\rho\beta\omicron\lambda\lambda\omega$ , qua membrum recedit à iusta & apta proportione.  $\omega\tau\kappa\eta$  significat  $\epsilon\lambda\lambda\epsilon\upsilon\sigma\iota\varsigma$  eiusdem generis.

Hæc vocabula capite sequenti coniunguntur.

INDEX MON-  
STRANS USVM  
LEVITIC.

I. *Sacrificiorum genera.*

<i>Holocaustum cap.</i>	1
<i>Oblatio cap.</i>	2
<i>Hostia pacifica cap.</i>	3
<i>Sacrificium pro peccato cap.</i>	4
<i>Hostia pro delicto cap.</i>	5
<i>Sacrificium laudis cap.</i>	7

II. *Regula de Sa-  
crificijs.*

<i>Cap.</i>	2. 3. 6. 7
-------------	------------

III. *Testimonia.*

<i>De presentia Dei in ministerio verbi &amp; sa- cramentorum cap.</i>	9
<i>De sanctitate Dei cap.</i>	11. 19. 20. 21
<i>De approbatione diuina contractuum cap.</i>	19

<i>De lepra corporum cap.</i>	13
<i>De mundatione leprosi cap.</i>	14
<i>De lepra domus cap.</i>	14
<i>De seminisfluo cap.</i>	15
<i>De festo expiationis cap.</i>	16. 23
<i>De certo loco sacrificiorum cap.</i>	17
<i>De sanguine cap.</i>	17
<i>De personis quas non licet coniungi cap.</i>	18
<i>De officijs erga parentes</i>	} cap. 19
<i>De spicilegio</i>	
<i>De vitandis iniurijs</i>	
<i>De equalitate exercenda in iudicijs</i>	
<i>De vitanda calumnia</i>	
<i>De obliuione iniuriarum</i>	
<i>De dilectione proximi</i>	
<i>De augurandi ratione</i>	
<i>De fugienda scortatione</i>	
<i>De reuerentia senibus debita</i>	
<i>De officijs erga peregrinos</i>	
<i>De pœna adulterij cap.</i>	20
<i>De qualitate sacerdotis cap.</i>	21
<i>De qualitate victime cap.</i>	22
<i>De tribus festis Iudeorum cap.</i>	23
<i>De alendis sacerdotibus cap.</i>	24
<i>De pœna blasphemie cap.</i>	24
<i>De pœna talionis cap.</i>	24
<i>De Iubileo cap.</i>	25

## IIII. Discrimina.

Discrimen sacerdotij leuitici & sacerdotij Christi cap.	9
Discrimen animalium mundorum & immundorum cap.	11

## V. Allegoria.

De fermento & melle cap.	2
De sale cap.	2
De dextra auricula cap.	8
De vestitu sacerdotali cap.	8
De ruminacione cap.	11
De animalibus mundis & immundis cap.	11
De mundatione leprosi cap.	16
De hirco emissario cap.	17
De qualitate victimæ cap.	22
De tribus festis Iudæorum cap.	23
De Iubileo cap.	25

## VI. Leges.

De sobrietate sacerdotum cap.	10
De mundis & immundis animalibus cap.	11
De puerpera cap.	12
De le-	



I N D E X.

*VII. Promissiones.*

Cap. 26

*VIII. Comminationes.*

Cap. 26

APPEN-

A P P E N D I X D E  
L E C T I O N E S C R I P T O -  
R V M M O Y S I .

Lucaë 16.

**H**A B E N T Mosen ac prophetas,  
audiant illos. Si Mosen & pro-  
phetas non audiunt, neq; si quis ex  
mortuis surrexerit, credent.

Lucaë ultimo.

EXORSVS à Mose & omnibus pro-  
phetis, interpretabatur illis in omni-  
bus scripturis, quæ de ipso erant.

Item.

HÆC sunt verba quæ locutus sum  
ad vos, cum adhuc essem vobiscum,  
quod necesse foret impleri omnia, quæ  
scripta sunt in lege Mofi, & prophetis  
& Psalmis de me.

Ioannis 5.

L 5

S I C R E -

SI CREDERETIS Mofi, crederetis  
etiam mihi. De me enim ille fcripfit.  
Si autem illius fcriptis non creditis,  
quomodo verbis meis credetis ?

THEODORETUS ORA-  
TIONE SECUNDA DE  
curatione Græcarum affe-  
ctionum interprete  
Zenobio Ac-  
ciaialo.

CUR NON pœtis & philofophis  
omnibus relictis ad Mofen Oceanum  
Theologiæ tranſimus, à quo, vt pœti-  
ce dicam, fluuij omnes & maria omnia  
deriuantur? Illinc enim & Anaxago-  
ras & Pythagoras, Platoq; poſt eos,  
parua quædam veritatis lumina deſum-  
ferunt. Socrates quoq; qui Archelao  
Anaxagoræq; conuixit, ab eis didicit,  
quæcunq; de Deo alijs ipſe tradidit.  
Mofes vero nequaquam ſecutus homi-  
num rationes, ſicut illi fecerunt, ſed  
clariffima voce Dei perdoctus, Theo-  
logiam nobis conſcripfit. Deus enim  
conditor rerum omnium, initio legis  
quam Moſi dictauit, vnum coli Deum  
præce-

præcepit, Ego, inquit, sum D O M I N V S  
Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegy-  
pti, cumq; Mosen recentis beneficij ad-  
monuisset, hortatus est vt in Dei ser-  
uitio permaneret, neq; debitum Deo  
cultum cuiquam præterea impertiret,  
sed vni Deo tribueret. Nō enim erunt,  
inquit, tibi alii dij, præter me. Tum &  
manifeste Mosen docuit, nihil eorum  
quæ videntur esse Deo persimile, pror-  
susq; inhibet vllam ab eo fieri imagi-  
nem visibilium rerum, eamq; opinari  
simulachrum Dei esse, cum videri Deus  
non possit. Non enim facies tibi, in-  
quit, idolum vlliusq; rei similitudinem,  
quæcunq; in cœlo sursum, quæq; in ter-  
ra deorsum, & quæcunq; in aquis sub  
terra sunt, vobis non facietis, neq; ea  
adorabitis. Quoniam ego D O M I -  
N V S Deus tuus. Vocem, inquit, au-  
disti, faciem autem non vidisti. Nul-  
lam itaq; figuram efficies, cuius exem-  
plum ignoras. Quin & alibi falsos ac  
mendaces deos coarguens, eliminansq;  
Aegyptiorum errores, ita Iudæos allo-  
quitur: Audi Israël, D O M I N V S Deus  
tuus, D O M I N V S vnus est. Hac pollent  
doctrina Moseos monumenta, talemq;  
Theo-

Theologiam & historijs, & legibus, & prophetijs inseruit, scriptisq; à se quinque libris, multos quidem qui & haberentur & vocarentur, nec tamen essent dii, coli prohibuit. Vni autem ac soli Deo rerum omnium conditori, cultum exhiberi præcepit.

**Idem in eadem oratione  
& in sexta.**

LEGENDA sunt non ea solum, quæ nos sancti apostoli docuerunt, sed ipsorum quoque prophetarum oracula. Ita enim qui & veteris & nouæ Theologiæ concordiam viderit, admirabitur veritatem. Nam Euangelicam veritatē antiquæ prophetiæ confirmant, quia hæ prædicunt quæ in Euangelijs continentur. Euangelia vero prophetiæ prædictionis finem ostendant.


**FINIS.**

L I P S I Æ


In officina Ernesti Vægolini  
Constantiensis.


Anno M. D. LXVI.


THE  
LIBRARY OF THE  
MUSEUM OF  
COMPARATIVE ZOOLOGY  
AND ANATOMY  
HARVARD UNIVERSITY














Legation by att of five. 62

